



## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1866**

De S. Pardulpho Abb. Conf. Waracti In Dioecesi Lemovicensi In Gallia.  
Commentarius Prævius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73889)

AUCTORE  
J. G.  
sub annum  
660, imo  
etiam serius,  
si tamen Bern-  
ardus Justi-  
nianus recte  
scripsit.

29 Quod ad hunc emortualem Sancti locum attinet, nihil apparet, curasserenti Dandulo refragemur, ac vel idcirco etiam, quod verisimile non sit, S. Magnum fixam ex summi Pontificis ac patriarchæ Gradensis consensu Heracleæ sedem Opitergium, sub Longobardis nec sibi nec suis tutum locum, ullo unquam tempore recexisse, aut alio, quam episcopalis urbis a se conditæ, usum fuisse fixo domicilio. Accedit, quod sancti Præsulis corpus, prius quam anno 1206 Venetias transferretur, teste Legenda, hac in re fide digna, Heracleæ jacuerit, nec aliunde huc advectum legatur; ut adeo non immerito S. Magnus Heracleæ ad Superos emigrasse statuatur; quamquam tamen, deficiente auctoris sat antiqui testimonio, id certum dici nequeat; ac propterea in hujus Sylloges titulo eum non indubie, sed forte Heracleæ defunctum scripsi. At quo tempore ejus obitus contigit? Respondeo, cum Sanctus noster, teste Dandulo, clerum et populum suum multipliciter in eadem urbe Heracliana auctum viderit, ingensque cleri populique incrementum non nisi paulatim tacitisque annis fieri soleat, eum sat probabiliter etiam post annum 655 in visis statui posse, ac fortassis non ante annum 660, cum dierum plenus honorumque operum esset, æternam mercedem fuisse consecutum. Imo vero, si re ipsa, ut scribit Bernardus Justinianus, ad ultimam usque senectutem S. Magnus vixerit posset in hypothesi, quod, cum Heracleam condidit, quinquagenarius dumtaxat esset, etiam ultra annum 660 episcopatus ejus extendi, quod tamen ego ex sola Justiniani auctoritate asserere non ausim.

Non fuit episcoporum potestremus, qui Opitergiensis episcopi titulum gesserit,

30 Ceterum, priusquam huic Syllogæ finem imponam, conveniendus mihi rursus est Orlendius, qui, S. Magni episcopatum Opiterginum Heraclii, adhuc imperantis, temporibus citato tomo pag. 324 innectens, Præsulem nostrum postremum Opitergii episcopum facit, ac nihilominus Benenatum, Opiterginum episcopum, eodem loco memorat, qui Epistolæ Agathonis

Papæ et synodi Romanæ, quam habes apud Har-  
duinum tom. III Conciliorum a col. 1113, addito Opitergiensis ecclesiæ episcopi titulo, anno 680 subscriptus ibidem col. 1158 legitur. Profecto, si eo sensu hæc scripserit Orlendius, ut post S. Magnum nemo Opitergini episcopi titulum gesserit, ipsa se ejus assertio destruit, nec pluribus confutari opus habet; sin autem nihil aliud scriptor ille significatum voluerit, quam S. Magnum postremum ex Opiterginis episcopis fuisse, qui ea in urbe indubie sedem habuerit, lubens ei accedo, cum, ut ante dixi, verisimile non sit, statutam Heracleæ episcopalem sedem, a S. Magno Opitergium fuisse receptam, aut etiam id ab alio factum dein fuisse, præsertim cum vice altera et funditus quidem sub annum 667 a Grimoaldo Opitergium deletum fuisset. Crediderim tamen, Præsulem nostrum, translata Opitergio Heracleam episcopali sede, Opitergini episcopi titulum et pastoralem miserrimæ hujus diocesis curam numquam deposuisse, eaque in re sui imitorem habuisse Benenatum, qui anno 680 sese Opitergiensis potius quam Heracleensis ecclesiæ episcopum scripserit, quod non modo hæc una cum altera moderaretur, sed præsertim, uti conjectare lubet, quod Opiterginus episcopatus antiquitate aliisque titulis Christiano orbi notior illustriorque Heracleensi esset.

31 Porro tum temporis Opiterginos episcopos Gradensi patriarchæ Catholico subsuisse et a schismate Aquilejensi jam pridem fuisse revocatos, recte observat Joannes de Rubis in Monumentis ecclesiæ Aquilejensis col. 507, quod et ex Danduli Chronico et ex comperta Præsulis nostri sanctitate abunde confirmatur. Plura de S. Magno dicere non habeo; nec scio, an eorum, quos Bernardus Justinianus col. 84 multa Sancti miracula Vitamque scripsisse, adstruit, hodieque lucubrations exsistent, atque, an ejusmodi sint, quæ non immerito in illustrissimi Cornelii Opere locum habuissent, atque in hoc nostro fuissent commemorandæ.

E

subsitque  
Gradensi patri-  
archæ Catho-  
lico.

## DE S. PARDULPHO ABB. CONF.

C WARACTI IN DIOECESI LEMOVICENSI IN GALLIA. F

J. B.

### COMMENTARIUS PRÆVIUS.

#### § I. S. Pardulphi Acta, memoria apud martyrologos et cultus sacer.

ANNO  
DCCXXVII.  
S. Pardulphi,  
Waractensis  
abbatis,

Natalium suorum humilitatem S. Pardulphus, Waractensis seu Garactensis abbas, cujus hodie Acta exhibemus, virtutum suarum claritudine prodigiorumque frequentia, vir Deo et hominibus amabilis, majorem in modum illustravit. Erat autem Waractum seu Garactum sæculo sexto et septimo Lemovicensis (ad quam diocesis hodieque spectat) territorii vicus, decima circiter a Lemovicibus leuca ad fontes Warimpæ (la Gartempe) situs: at, postquam eo loci SS. Petro et Paulo Apostolis monasterium, cujus primus abbas S. Pardulphus fuit, Lantharius,

Lemovicensium comes, condidit, eo sensim accrevit, ut in oppidum evaserit, atque hæc nostra ætate Marchiæ Superioris caput audiat. Le Gueret Galli vocant. Waractensis autem monasterii Dionysius Summarthanus tom. II Galliæ Christianæ col. 353 sequentem notitiam exhibet: Inter antiqua Lemovicensis diocesis monasteria, nunc oblivione sepulta, Waractense S. Petri recensetur, a Lantario comite fundatum ad fontes Warimpæ fluvii, ubi nunc est GUERET urbs primaria Marchiæ. Hujus loci abbas celeberrimus fuit S. Pardulphus S. PARDoux cujus Vitam habes Sec. 5 Benedictino p. 1. pag. 371. Modo prioratus ad nominationem abbatis S. Savini Pictavensis, ut notat

A notat Ms. codex Solemniacensis. *Ceterum quem ex Actis Pardulphum dixi, alii Pardulfum, vel Pandulphum vel Paradulphum nominaverunt.*

cujus præter  
recentiores

2 Sancti hujus Abbatis inter scriptores recentiores gesta persecuti sunt Menardus lib. II Observationem in Martyrologium Benedictinum ad diem 5 Novembris, Mabillonius in Annalibus Benedictinis tom. II ad annum 752, num. 11 et 12: item ad annum 757, num. 58. Bailletus in Vitis Sanctorum ad hunc diem. Nonnulla quoque de illo refert Bernardus Guidonis Ordinis PP. Prædicatorum, primum Tudenis in regno Gallæciæ, dein Lodovensis in provincia Narbonensi episcopus, anno 1551 ex hac vita ereptus, Tractatu de Sanctis Lemovicensibus apud Labbeum tom. I Bibliothecæ librorum Mss. pag. 654. Plura Gaufredus, Prior Vosiensis in diœcesi Lemovicensi, qui anno 1185 scripsit, in Chronica, quam idem Labbeus tom. II Bibliothecæ mox laudatæ a pag. 280 typis edidit. Gaufredi Chronicon non raro adhibebimus infra: at cap. 64 hæc habet: Sed ista latius in libro Miraculorum sancti Pardulphi narrabo, ubi multa de sacrosancto Mysterio (Eucharistiæ) ad correctionem multorum, si Deus permiserit, proposui tractare. Steterint promissis Gaufredus, ignoro: opus equidem promissum, si aliquando conscripserit, hæcenus eruditus latet; foretque optandum, ut tum ad fidelium fructum, tum ad majorem sancti Abbatis gloriam et tenebris protraheretur in lucem. Scriptores aliquot habes, qui de S. Pardulpho egerunt: nunc, qui ejus Vitam seu Acta conscripserint (martyrologorum dein mentio fiet) discipiamus.

aliquot scri-  
ptores

3 Inter S. Pardulphi biographos, ut a recentioribus ordiar, præter Bailletum jam laudatum, numerandus in primis videtur Bernardus Lodovensis episcopus, de quo supra: nam Gononius lib. IV Vitarum Patrum Occidentis S. Pardulphi Vitam exhibet, quam ex illo vel descripsit, vel contraxit; hunc enim Vitæ, a se editæ, titulum præfixit: Ex Bernardo, Lodovensi episcopo, tom. II de Vitis Sanctorum, notatque in margine, servari illam in antiquis membranis Bibliothecæ PP. Dominicanorum Aconionensium. Hoc porro illius exordium apud Gononum legitur: Beatus et inclytus Christi servus Pardulphus, in territorio Lemovicensi etc. Triplicem Sancti Vitam in Mss. habemus, sed nullam, quæ a transcriptis jam verbis incipiat: sed facilis factura est, dum certiora et antiquiora monumenta suppetunt. Quem supra laudavi, Gaufredus Prior Vosiensis cap. 52 auctor est, Ivonem, Priorem Cluniacensem, Acta quoque S. Pardulphi ex scriptore antiquiore, veraci quidem, sed inculto, stilo luculentiore concinnasse, scilicet sub annum Christi 1101, de quo capite 51 paulo ante meminerat. Verba illius sunt: Ivo interim, Cluniacensis Prior, vir scholasticus, Lemovicæ deveniens, a monachis S. Martialis obnixè rogatus, Vitam S. Pardulphi, quæ veraci fide quidem, sed inculto stylo conscripta erat, luculenter exarare studuit: Hymnumque de eodem piissimo Confessore composuit, ita incipiens: «Fideles cuncti gaudeant etc.»

Vitam exhibet

4 Cum nullam Vitæ S. Pardulphi, ab Ivone conscriptæ, notam adjecerit Gaufredus, et Gononius Bernardi Guidonis verba fortassis immutavit, nescio, Bernardine, an Ivonis sit S. Pradulphi Vita e Ms. Pragensi anno 1642 Praga ad Majores nostros missa, cujus initium est: Beatus Pardulphus in territorio Lemovicensi, vico no-

mine Sardone, et ex plebeis quidem parentibus procreatus, sed morum honestate et virtutum ubertate fuit insigniter adornatus. *Stilus ejus paulo floridior; sed magis Vita illa contracta est, quam ea, quam antiquam, de qua mox, dicimus. Periodum unam aut alteram de S. Pardulphi Lipsanis ad calcem habet, quæ in Bernardi Guidonis Opere, ut suo loco videbitur, totidem fere verbis legitur: unde Bernardi Guidonis esse, conjici potest: at sicut hic periodum illam unam aut alteram e Gaufredo Priore Vosiensi descripsit, ita et Gaufredus ex Ivone fortassis fuerit mutuatus. Mabillonius in Observationibus præviis ad Vitam S. Pardulphi Sæculo ut Benedictino part. I, pag. 372 Vitæ S. Pardulphi contractæ apographum quoddam Compendiense, cum Vita a se edita collatum, Ivonem auctorem habere fortassis, ait: ut sit, bene habet, Vitam antiquam S. Pardulphi, ab auctore subæquali non admodum culto quidem, sincero tamen scribendi genere exaratam, ad nostram ætatem usque loco non uno fuisse conservatam.*

5 Antiquam S. Pardulphi Vitam typis edidit Labbeus, Ex veteribus nostris membranis, inquit tom. II Bibliothecæ librorum Mss. pag. 399, et Apographo R. P. Jacobi Sirmondi, Societatis Jesu theologi. Hunc secutus est Mabillonius Sæculo Benedictino mox laudato, ubi a pag. 375 usque ad pag. 381 antiquam S. Pardulphi Vitam ex codice Ms. Chesniano et Bibliotheca Labbeana depromptam, cum apographo ejusdem contracto tum Compendiensi, tum Lemovicensi collatam, suis denique Observationibus illustratam exhibet. Compendiensi apographi versus nonnullos Observationibus suis, ubi hoc a Vita, a se edita, nonnihil discrepabat, verbatim inseruit: hos ego cum simili Vitæ S. Pardulphi contracto apographo, quod ad Majores nostros anno 1666 D. Ludovicus Nieque, Cælestinorum Suessionensium bibliothecarius, misit, contuli, et cum insertis a Mabillonio Observationibus suis Compendiensi apographi versibus plane congruere reperi. Præter id Suessionense contractum apographum, prolixior quoque S. Pardulphi Vitam antiquam in Mss. habemus, hic excudendam. Labbeana et Mabilloniana multo emendatior est, ut verosimiliter, quæ in illis sententiarum confusio, stilique barbaries subinde occurrit, amanuensium potius oscitantia aut imperitia, ut fieri non raro consuevit, tribui debeat, quam illius auctori vitio verti. Debemus illam Pardulpho Bourgeois, Societatis Jesu, qui, Patroni sui amore ductus, diligentem præstitit operam, ut eam in patria sua, forte Lemovicensi, inveniret; inventamque ope R. P. Possini Antverpiam misit anno 1684, ut in ejus literis Auriliaco, Arvernæ Superioris oppido, ubi litteras humaniores docebat, ad Possinum datis, et ab hoc ad nos transmissis legitur.

AUCTORE  
J. B.

6 At unde hunc S. Pardulphi Vitam, quod supra dictum est, ab auctore, Sancto subæquali, conscriptam esse, conficitur? Primum id auctor ipse innuere videtur in ipso Præfationis suæ exordio, sic scribens: Plerique, dum priscorum patrum antiqua laudant gesta miraculorum, nova, quæ nuper gesta sunt, omittunt... Sed melius utrobique, opinor, utrumque se commiscere. Quasi dicat, alios veterum Sanctorum miracula suis scriptis celebrare solere; sibi vero propositum esse, non de veteri, sed nupero Sancto sermonem habere: neque sic ea verba videntur posse intelligi, ut dicat, se S. Pardulphi miracula tum vetera, tum recentia litteris mandare; cum nul-

illi, ut appa-  
ret,

lum

AUCTORE  
J. B.

lum ex ejus miraculis spectatim proferat, quod S. Pardulphus vel non præstiterit vivus, vel paucis ab illius obitu annis non contigerit. Dein num. 18 de urbe Bituricensi a Francorum exercitu male habita loquitur in hunc modum: Cum autem moderno tempore Francorum cohortes prædictam urbem depopulassent, et omnes domos igni cremassent, domum, in qua erant cunæ suspensæ (pueri e baptisate a S. Pardulpho suscepti) nullatenus cremare, vel quidquam ex ea exurere valuerent, Moderno, inquit, tempore: atqui id contigit anno 741 vel sequenti, cum Chunoaldus, Aquitanix dux, erepto e vivis Carolo Martello, in Carolomanum et Pipinum rebellavit: tunc enim, inquit Fredegarii continuator part III (vide tom. II Scriptorum Rerum, Gallicarum pag. 438) Carlomannus atque Pippinus, principes germani, congregato exercitu, Ligeris alveum Aurilianis urbe transeunt, Romanos proterunt, usque Beturigas urbem accedunt, suburbana ipsius igne comburunt.

etale suppar;

7 Denique manifesta sunt verba, quæ eodem numero paulo ante præmittit: sic habent: Hujus sancti Viri aliud fertur miraculum, quod per eum divina est operata Clementia, et multi supersunt, qui viderunt. Ut adeo audiendi non sint ii, quos suspicari Bailletus ait, S. Pardulphi Vitam primum ab Ivone, Cluniacensi Priore, fuisse conscriptam; ea verosimillime tantum de causa, quod et hic hujusmodi aliquid fecisse memoretur. Hæc de ætate auctoris: nomen suum nec ipse prodidit, nec usquam proditum reperi; monachum tamen Aquitanum fuisse, conjicio: monachum quidem, quod Berthemarium abbatem Patrem suum in Præfatione appellet; Aquitanum vero, quod ibidem Berthemarium sic alloquatur: Non minimas omnipotenti Opifici gratias agimus, quia hic in Aquitania... quam plures philosophos et rhetores, qui Vitam vel Gesta miraculorum S. Pardulphi confessoris suo stylo enarrare queunt. Quis fuerit Berthemarius abbas, cui anonymus biographus S. Pardulphi Vitam inscripsit, pariter incertum est: forte unus ex Waractensibus abbatibus, Sancti successoribus, ut non absurde Mabillonius suspicatur; alium tamen suggerit in Annotatis, Berthemarium scilicet, Senonensem S. Petri abbatem, qui Caroli Magni tempore fuerit, teste Clario monacho ad annum 804. Verum ex verbis mox adductis tam anonymum, quam Berthemarium Aquitanos, Bituricensi vero cladi propinquiores fuisse, ex verbis, numero superiore descriptis, verosimilius apparet. Nunc de martyrologis pauca dicamus.

apud recentiores aliquot

8 Quamquam S. Pardulphi sanctimonia non per Aquitaniam modo, sed et per vicinas Gallix provincias longe lateque fuerit divulgata, eum tamen nec Ado, nec Usuardus, nec ceteri illius fere ætatis martyrologi suis Fastis inseruerunt: recentiores igitur aliquot recensebo. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum ad diem 6 Octobris ita habet: In territorio Lemovicensi S. Pardulphi eremita. Menardus in Martyrologio Benedictino, sed ad diem 5 Novembris, quod illi singulare est, sic scribit: Lemovicis, sancti Pardulphi abbatis, sanctitatis et miraculorum gloria illustris. Castellanus in Martyrologio Universali, sed Gallice: Varacti in Marca-Lemovicina S. Pardulphus, ejusdem loci abbas, cujus corpus in honore est Arnaci, prope Pompedorium. Martyrologium Parisiense, anno 1727 excusum: Varacti in Marca Lemovicina, sancti Pardulphi abbatis. Bucelinus in Menologio Benedictino ali-

quanto prolixior: Lemovicis S. Pardulphi abbatibus, qui a pueritia utroque lumine orbis, sed gratiæ divinæ fulgoribus illustratus, filium se lucis esse, ipsa conversatione monstravit, carnis maceratione stupendus, in pauperes profusus, miraculis etiam conspicuus, siquidem infirmos quosque manuum impositione sanabat, abigebat infuso benedicto oleo demones, prodigiaque innumera orationum efficacia operabatur. Factus demum, etsi multum renitens, Varactensis abbas, alumnos celo dignissimos formabat. Octogenarius cum jam esset, ostensa sibi a S. Michaeli scala gloriæ, per quam meliorem ascenderet patriam, inter verba orationis et benedictionis, quibus populo bene precatus est, æterna pace obdormivit. Varactum, ut jam monui, in diœcesi Lemovicensi situm est, et tum ibi, tum Lemovicis, ut infra apparebit, cultum nactus est S. Pardulphus: hinc e citatis martyrologis alii Varacti, Bucelinus e Saussayo, de quo mox, Lemovicis Sanctum annuntiant.

9 Andreas Saussayus in Appendice Martyrologii Gallicani verbis mox citatis, ex ipso a Bucelino transcriptis, hæc addit præterea: S. Pardulphus, qui virtute et moribus præclarus, Deum quaerens, mundum fugiens, eremum coluit, ægris medicinam fecit, energumens sanavit, et a nativitate contractos dissolvit. Tandem a Lauterio, comite Lemovicensi, Garactum evocatus, abbatix, quam is in honorem Apostolorum Petri et Pauli construxerat, præfectus est; quam sancte et prudenter administravit. Idem Saracenos, a Carolo Martello profligatos, a suo oratorio vi divina effugavit, et octogenarius non absque viatico discessit. Cujus est memoria in his regionibus celebris. Garacti reliquiæ ejus coluntur. Plurimæ vero ecclesiæ et inscriptæ sunt, maxime in territorio Arvernensi, ubi vicorum Cyriaci, Blansaci et Turris ipsimet patrocinia concredita sunt. Quæ de virtutibus et miraculis S. Pardulphi Saussayus memorat, ex Actis deprompta sunt. E vicis vero, quorum patronum ait S. Pardulphum, tertius apud Blavium post pag. 157 haud procul Duranii (la Dordonne) fonte hoc pacto signatur: S. Pardoux de la Tour. Tres quoque vici, S. Cirque dicti, in eadem Blavii Tabula, Arverniam exhibente, signantur, quorum fortasse aliquem Cyriaci nomine Saussayus designavit. Blansacum in Codice Beneficiorum diœcesis Claromontanæ, anno 1658 Parisiis impresso, his verbis memoratur Gallice: Pastoratus S. Pardulphi, et S. Vincentii (de Blanzat) illi annexus.

10 Idem Saussayus parte II Martyrologii Gallicani a pag. 4247 Martyrologium monasterii Patrum Benedictinorum S. Sabini de Levitania, ab annis circiter 800, ut ait, seu sæculo duodecimo exaratum edidit, in quo ad diem 6 Octobris hæc leguntur: Tolosano in vico, qui dicitur POMPIACO natale S. Pardulphi, episcopi et confessoris; cujus illic servari reliquias aliquot, indigenarum traditio est, teste Simone Peyroneto, parocho beatæ Mariæ de Tauro Tolosæ, in Catalogo Sanctorum: verum valde credibile est, Pardulphum, in vico Pompeiaco cultum, perperam vocitari episcopum, aliumque non esse a Waractensi abbate, quod quidem suadere videtur, tum hujus per Aquitaniam et Arverniam celebritas, nomen pluribus hominibus vicisque commune; dies, quo colitur: tum denique, quod Pardulphus iste episcopus cetera sibi plane ignotus; ac fieri facile potuerit, ut Pompeiacenses,

a

A a Lemovicensi territorio paulo remotiores, Sanctum, cujus reliquias jam olim possedisse se, credunt, probe perspectum non habuerint. Tomo II Spicilegii Acheriani Editionis Novæ, anno 1723 factæ, pag. 53 S. Pardulphus Wandelberti Martyrologio insertus legitur ad diem 6 Octobris post hunc Wandelberti versum :

Virgo Fides pridie hinc felici morte triumphat. Quem versum sequentia verba excipiunt : In Africa Rogate, Saturnini, Faustini, et sancti Pardulphi confessoris : verum, quin hæc eo ab interpolatore recentiori intrusa sint, minime dubium est.

cultus sacer  
per varias

11 Porro vel ex iis, quæ ex Saussayi Martyrologio adduxi, de Sancti in Arvernia, et forte in diœcesi Lomberiensi, in qua Pompeiacum, ecclesiastico cultu satis liquet. Plures præterea vici in Chartis Geographicis apud Blavium tum Arverniæ, tum territorii Lemovicensis occurrunt, qui a S. Pardulpho nomen sortiti sunt, atque adeo, quibus ille verosimiliter vel patronus, vel sacris in honoribus est. Et Arverniæ quidem Tabula, præter memoratum jam vicum, S. Pardoux de la Tour, tres alios ejusdem fere nominis, eundem tamen, ut opinor, Sanctum significantis exhibet; nimirum S. Padaux ad Siolim seu Seucaulam (culgo la Sioule) situm; S. Pardon ad Elaverem (Gallice l'Alie) S. Pardon le Neuf in parte territorii Lemovicensis, Arverniæ contigua. In territorii vero Lemovicensis Tabula ab utroque latere Tutelensis urbis geminus vicus occurrit, alter versus Duranium fluvium (la Dordonne,) quem S. Pardouls nominat; alter prope Viseram (la Vesere,) quem S. Perdous, paululum immutato nomine, dicit. Hinc, superato fluvio (la Vienne) priusquam ad fluvium (Taurion) pervenias, occurret alter vicus, S. Pardoux, et item alter trans fluvium Crosam (la Creuse) S. Pardous les Cars. Reperitur denique in citata Tabula Vartimpam inter et fluvium (Vincou) vicus, cui S. Pardons nomen adscribit.

Galliæ diœceses propagatus; et Officium proprium,

B 12 Codex Beneficiorum diœcesis Lemovicensis, anno 1638 Parisiis impressus, præter vicariatuum unum, pastoratus 11 enumerat, qui a S. Pardulpho nomen habent; quorum unus in diœcesi Pictavensis est, et apud Blavium in Tabula Geographica Pictavensis ducatus, paginæ 121 subnexa, non procul a fonte fluminis cujusdam, Toarciium alluentis, ac dein in Ligerim sese exonerantis collocatur. Similiter et diœcesium Tutelensis, Petrocioriensis (in qua et monasterium est sanctimonialium seminarum Ordinis S. Dominici, S. Pardulphi dictum, ex Margareta, vicecomitissæ Lemovicensis, testamento sæculo XIII ezeunte fundatum, teste Bernardo Guidonis in Historia foundationum conventuum Ordinis S. Dominici Tolosanæ et Provinciæ Provinciarum apud Martene Scriptorum veterum tom. VI, col. 527 et binis seqq.) Malleacensis, Pictavensis, Xantonensis et Sarlatensis codices Prioratus, pastoratus vel vicariatus, unum aut plures, enumerant, qui a S. Pardulpho nomen traxerunt : unde colligi potest, quanta in illis regionibus fuerit jam olim S. Pardulphi celebritas. Cultum ejus admodum celebrem, ac late propagatum jam inde a sæculo XII, Bailletus scribit : imo et longe prius in Arvernia, atque adeo verosimillime etiam in diœcesi Lemovicensi sacros honores obtinuisse, liquet ex Libello de sanctis ecclesiis et monasteriis Claromontii, cujus auctor sub annum 950 fuit, quemque Labbeus tom. II Bibliothecæ librorum Mss. inseruit,

ubi pag. 724 hæc leguntur : In ecclesia S. Pardulphi, altare S. Pardulphi. In diœcesi autem Lemovicensi ad diem 6 Octobris colitur Officio proprio et ritu semiduplici. In Lemovicensi Breviario anni 1625 sic habet Oratio : Deus, qui nos annua beati Pardulphi confessoris tui festivitate lætificas : da nobis, ejus intervenientibus meritis, et perpetua protectione muniri, et saluari gaudere profectu. Per Dominum etc.

13 Lectiones secundi Nocturni, ex Actis hauriæ, his verbis concipiuntur : prima; Pardulphus, patre agricola in viculo Sardeno non longe a Garacto natus, ex casu rami arboris, caput affligentis, a pueritia utroque orbatus est oculo.

quo in Lemovicensi

Ab eo tempore meliori animi lumine collustratus, florere cœpit bonis operibus et miraculis : nam et adolescens tenuis victus et vestitus majorem partem traditam clanculum pauperibus erogabat, et convenientes undique infirmos, demonibus etiam occupatos, admoto oleo benedicto, aliquando etiam sola manus impositione curabat. Secunda; His et aliis plerisque virtutibus clarus, monasterio Garactensi, in honorem S. Petri a Lantario, comite Lemovicensi, extracto, licet invitus, præficitur; mundo cæcus, at mente perspicacissima religiosam vitam professus in celum ducturus. Sanctitatis exemplar absolutum, sibi egressu a cœnobio, et carniæ esu perpetuo interdixit, sicco cibatu semel ut plurimum in hebdomada victitans, noctes insomnes in oratione, prono corpore, quantum vires humanæ ferre poterant, summa cum animi suavitate ducebat.

E

14 Tertia; Auribus eruditus, Psalmos, Antiphonas, Responsoria, quæ dum perageretur divinum officium, audierat, assidue animo volebat, sub Nonæ tempore pauperes et infirmos, qua poterat ope, maxime verbo Dei solabatur. Meritorum tandem præmia consecuturus, ostensa sibi a Michaele archangelo scala, per quam in cælum ascenderet, fere octogenarius, temporibus Caroli Magni (imo Martelli) et Chunoaldi Aquitanie ducis, suis et plangenti populo bene precatus, inter hæc extrema verba : « Filii, » custodiat vos Dominus, et ab omni malo defendat, et det vobis pacem, ut merito auditis desiderabilem illam vocem : Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi » pridie Nonas Octobris sanctam efflavit animam. Simili pariter Officio et ritu colitur in diœcesi Sarlatensi, sed illius festum in diem decimum Octobris ibi transfertur; dies vero sextus Octobris SS. Fidei, Caprasio, Primo et Feliciano sacer est, de quibus tunc pariter Officium proprium recitatur. Forte in diem 10 Octobris S. Pardulphi festum Sarlatenses transtulerunt, ex quo S. Feliciani reliquiæ in Issigiacense Sarlatensis diœcesis monasterium Lemovico illatæ fuerunt. Hæc ex Proprio Sanctorum diœcesis Sarlatensis, anno 1677 Lutetiæ Parisiorum impresso; ex quo pariter Orationem de S. Pardulpho propriam, et Lectionem secundi Nocturni tertiam (reliquiarum argumentum in Lemovicensibus jam recitatis habes) huc transcribo.

et Sarlatensi diœcesibus

F

15 Illa sic habet : Deus, qui in corporali cœcitate copioso spiritus splendore beatum Pardulphum, confessorem tuum, illustrasti, ejus meritis et precibus cœleste nobis lumen largiter infunde, quo omnes mundi fallacias detegentes, ad æternam gloriæ tuæ claritatem intendamus. Per Dominum nostrum. Lectio secundi Nocturni

gaudet.

tertia

AUCTORE  
J. G.

*tertia hæc est* : Corpus ejus, in monasterio Waractensi sepultum, longe postea, relictis sarcophago et cineribus, translatum est in monasterium Sarlatense, et juxta corpus S. Sacerdotis, Lemovicensis episcopi, collocatum. Cum autem undique adventantes populi ob virtutes, quas Dominus per Famulum suum operabatur, quietem ac solitudinem monachorum perturbarent, æquum visum est, Pardulphi sacras exuvias in ecclesia S. Joannis juxta monasterium deponere; unde eductæ circa annum millesimum, instante Guidone de Turribus, advectæ sunt Arnacum : ubi Pardulfus multis claruit miraculis. Celebre vero illud est, quod ad portam urbis Lemovicæ corpus ejus tandiu immobile perstitit, donec cæcus, adductus coram populo, illuminaretur. Sed et anno millesimo nonagesimo quarto, cum ignis subcutaneus vehementer iterum Aquitanos affligeret, indictis ad avertendam iram Dei supplicationibus, corpus sancti Pardulphi, cum aliorum Sanctorum reliquiis, de Arnaco ad Sanctum Martialem Lemovicensem advectum est, ubi varia coruscant miracula et infirmi plurimi sanati sunt. De S. Pardulphi cultu hæc hactenus : de variis exuviarum ejus translationibus suis erit infra dicendi locus, posteaquam de iis, quæ de Sancto nostro Acta suppeditant, sermonem habuerimus.

## § II. S. Pardulphi natales, vita, tum solitaria, tum monastica.

Natus in Lemovicibus parentibus agricolis,

**S**ancti Pardulphi biographus, Sancto suppar, et stilo quidem simplici et veraci, non tamen verosimiliter tam inculto, quam præferunt exemplaria seu apographa Labbeorum et Mabillonianum, usus, ut jam monui, ab illius natalibus et parentum conditione exorditur. Non raro quidem contingit, ut, qui Sanctorum Vitas describunt, fictitium illis natalium splendorem assignant, quasi Sanctis laus propria, suisque meritis parta non sufficeret, nisi fignentis, etiam interdum absonis, illustretur. Non ita biographus noster : In Occidentali plaga, inquit, partium Aquitanicæ, diocesi Lemovicensi, ex agrorum cultoribus, in vico, cujus vocabulum est Sardenus, vel in Sardeno monte ortus est puer fidei genealogia, cui nomen Pardulphus. Consonant Labbei et Mabillonii apographa; sed vicum, in quo natus est, Seredinnum appellant. Hunc codex beneficiorum diocesis Lemovicensis supra citatus Sardent vocat Gallice; apud Blavium vero, pariter ante laudatum, legitur Sarden. Situs autem est haud procul Varacto, cujus situm supra exposui, ab eoque in Charta territorii Lemovicensis Blaviana interjectis aliquot montibus vel collibus separatur; unde intelligas, cur biographus dixerit, vel in Sardeno monte. Parentes ejus agriculturam exercuisse, affirmant etiam apographa cetera; ingenuos tamen fuisse, addit Suessionense nostrum et Compendiense Mabillonii; quod, ut verum esse non difficulter admisero, ita a vero prorsus alienum apparet ex dictis, quod in Notitia Galliarum pag. 629 Adrianus Valesius ait, docere S. Pardulphi biographum, illum nobilibus

senatoribus natum esse, quodque in solo Valesio D fortassis reperitur.

17 Quo tempore mundo editus fuerit S. Pardulphus, accuratius dicitur, ubi de illius obitu disseretur : a Sancti natalibus ad virtutes illius, quibus vel in pueritia fulsit, biographus progreditur, quas, quia commentatione non indigent, cursim nominasse sufficiet. Commendat eum maxime a mansuetudine morumque modestia, a sinceritate, temperantia, et insigni commiseratione in pauperes, qua ductus victui suo, licet tenui, vestibusque detrahebat, ut sibi esset, quod egenis elargiretur. Casum his inserit, corpori ejus nocuum, sed animæ utilem, quo ex arboris rami in caput suum lapsu oculorum lumen amisit quidem, sed intus uberiore deinceps divini luminis copia illustrandus. Cæcus quidem, inquit, corpore, sed fulgens in opere; tentatus ad tempus, sed non mortificatus; aspectu paulisper privatus, sed perpetuo honorum opere repletus. Eadem leguntur in Vita S. Pardulphi apud Mabillonium et Labbeum, uti et in Ms. nostro Suessionensi. Unde effici videtur, pristinum oculorum usum Sancto paulatim fuisse restitutum. Ceteris quidem cælestis itineris ducem, licet cæcus esset, se præbuisse, biographus subdit; at cum pueritiam seu adolescentiam nondum emensus fuerat, et in parentum contubernio adhuc versabatur. Manifestius loquitur Suessionensis nostra Epitome, quæ cæcum mansisse ait, plurimis diebus, non toto vitæ cursu : ex quibus fit, haud certum esse, S. Pardulphum, prout Breviaria Lemovicense et Sarlatense innuunt, perpetua in cæcitate vixisse. Litteris prius imbutum fuisse, quam oculorum usu privatus fuerit, addit Ms. nostrum Pragense; at cum id vel Ivoonis, Cluniacensis Prioris, vel Bernardi Guidonis, aut alterius recentioris sit, non magni hac in re ponderis est, occurrenteque infra ex Actis antiquis aliqua, unde potius oppositum suadeatur, de quo num. 21 consule.

18 Porro quanti apud Deum meriti vel in adolescentia S. Pardulphus fuerit, frequentia, quæ tum edidit, prodigia declararunt : illa generatim hæc verbis biographus refert : Cui mox tantam Dominus gratiam contulit, ut, qui ad eum veniebant, variis infirmitatibus languentes, si cui manum imponeret, vel oleo benedicto perungeret, aut aquam benedictam potendam daret, repente ab eis omnes infirmitates febrium repellantur; etiam et qui a dæmonibus vexabantur, cum ad eum perducti fuissent, obsessa a dæmonibus corpora liberabantur. Hæc de Sancti prodigiis, in adolescentia editis, biographus, ut dixi, generatim; ea verosimiliter de causa, quod non pauca, serius facta, enucleatius enarranda haberet. A prodigiis, quæ in adolescentia et in parentum, quantum quidem ex illius loquendi modo apparet, domo adhuc versans edidit, ad Waractensis monasterii constructionem, gestamque hujus a Sancto præfecturam sermonem convertit biographus : sed priusquam huc illum sequamur, sistendum parumper est, et num prozime e paternis ædibus in monasterium Waractense concesserit; num contra, relictis illis, in solitudine aliquamdiu seorsim vixerit, ex eoque, licet invitatus, ad Waractensis monasterii præfecturam retractus fuerit, indagandum.

19 Apographum, quod edimus, uti mox dictum est, a S. Pardulphi pueritia seu adolescentia ad ejusdem præfecturam mox progrediens, eam illius vitæ partem, quæ inter utramque effluxit,

amisso visu,

E

multisque patris miraculis,

F

vitam solitariam instituit :

A *xit, intactam præterit, et, quo interea Sanctus usus fuerit vitæ instituto, divinandum relinquit: nec enim vero apparet simile, Sanctum, adhuc puerum vel adolescentem, Varactensium monachorum moderamini fuisse admotum. Eodem defectu Labbeanum et Mabillonianum apographa laborant; uti et ex contractis apographis Compendiense Mabillonii et Suessionense nostrum. Sed Lemovicensis Epitome, et Pragense apographum solitariam Sancti vitam, antequam Varactum accederet, diserte adstruunt: ex illa Mabillonius citat, quæ sequuntur: Hinc gravis in utroque parente tristitia: sed, qui humano more lugere debuisset, parentes consolatus est. Tunc habitaculum solitarium construens, orationibus et vigiliis ac jeuniis assiduus erat. Illud vero sic habet: Jam non permittit, sibi crescere ætatem sine virtutis incremento, sed solitarium sibi tabernaculum sive habitaculum construens, orationibus, vigiliis ac jeuniis supervacans et terrena fastidians, celestibus interesse festinat. Quod autem hoc loci aiant, vero perquam simile est: solitarium quippe locum incoluisse Pardulphum, cum Varactum evocatus fuit, satis indicant verba, quibus evocati se Lanthario comiti respondisse num. 7 biographus perhibet, numquam se ex eo loco egressurum usque ad finem vitæ suæ. Indicat etiam perpetuus, qui in Sancto eluxit, solitudinis amor, etiam cum Varacti ageret, quoque a cella sua divelli numquam potuit, ut num. 8 biographus testatur.*

dein Varactum a Lanthario comite evocatus,

B *20 Locus porro, in quo solitariam vitam verosimillime egit, in pago ejus natali Sardeno situs erat, ut ex num. 6 manifeste consequitur. Dum vero hic S. Pardulphus Deo intentus vivit, virtutumque et miraculorum fama magis magisque increbrescit, Lantharius, Lemovicensium comes, in vicino Varacto SS. Petro et Paulo Apostolis monasterium condit: propecto jam opere, de comparandis monasterio dignis incolis sollicitus, quaquaversum misit, qui Dei servos et monachos ad illud inhabitandum invitarent. Latere comitem non potuit Pardulphus, vitæ sanctimonia ac tot prodigiis a puero clarus. Itaque Sanctum ipsemet accedit, Varactum invitat, ac tandem, licet ægre, precibus suis audientem habet. Tum Viri excellentem virtutem ac sanctitatem coram edoctus, dignum censuit, quem coactis undique monachis abbatem præferret. Mirum dictu, quanta suis constitutus in hoc gradu Pardulphus vitæ abstinentia et austeritate præluxerit. Prosequitur hæc omnia biographus num. 6 et tribus sequentibus: cursim ego perstrinxî, quod nihil in illa peculiariter annotandum occurreret, et legenti plana sint atque perspicua. Inobservatum tamen præteriri non debet, quod de quotidianis ejus exercitationibus loquens num. 9 biographus prodit: etenim verbis illis: Quod vero restabat post Horas nocturnas ex Lectionibus, quod audierat, memoriter recitabat; post Matutinas vero Laudes, Responsoria, vel Antiphonas de sanctis Martyribus decantando meditabatur, allusio ad S. Benedicti Regulam continetur, quæ cap. 8 sic habet: Quod vero restat, post vigilas a fratribus, qui Psalterii vel lectionum aliquid indigent, inserviatur.*

monachisque abbas præfectus,

C *21 Hunc Regulæ Benedictinæ locum in Observationibus ad cap. 25 Concordiæ Regularum ita Menardus commentatur: Sensus est, ut interstitium istud, quod intercedit a fine vigiliarum nocturnarum usque ad matutinos, hi, qui psal-*

terii et lectionum ignari sunt, in earumdem rerum meditatione seu lectione insumant. Cum igitur S. Benedictus dicit: « Meditationi inser- viatur; » subauditur, LECTIONUM ET PSALTERII. 1. lectionum et psalterii studio inservitur. Nempè, ut discant rudiores recte legere et pronunciare lectiones et psalterium, atque etiam interpretari: imo et ipsum psalterium memoriæ mandent, si possint. Et hæc fuit antiqua praxis. Ita Menardus. Porro ex biographo et Regulæ Benedictina cap. 8, prout illud Menardus interpretatur, duo colligere est; alterum, S. Pardulphum S. Benedicti Regulam secutum; alterum vero, de quo supra num. 17 mentionem feci, litterarum expertem fuisse, indeque compulsum, ut Laudes, Responsoria, Antiphonas, Psalmos memoriter disceret. Hoc quidem pro conjectura habeto. Quod vero ad Regulam S. Benedicti, quam cum suis monachis Pardulphus secutus fuerit, spectat, non ita id fortasse accipiendum est, quin et S. Columbani Regulam sectatus fuerit: nam, teste biographo num. 6, ex vicinis etiam et suburbanis locis monachos et Dei servos conquisivit Lantharius, atque adeo vero admodum simile est, monachos aliquot e Solemniaciensi prope Lemovices monasterio ad vicinum Varactense evocasse: illud autem S. Eligii amore beati Columbani et ejus Regulæ condidit, teste Jona in Vita S. Eustasii, cujus verba recitant Cointius in Annalibus Eccl. ad annum Christi 651, num. 24, et Mabillonius Sæculo II Benedictino pag. 122, num. 17 in Vita ejusdem S. Eustasii.

OCTOBRIS  
J. B.

22 Quo anno id monasterium condiderit Lantharius, neque biographus edicit, neque, unde utcumque colligatur, suppeditat quidquam: ex anno S. Pardulphi emortuali (757, ut infra videbitur) sed finem sæculi septimi, vel sequentis initium id contigisse, lato dumtaxat modo deducitur; uti et ex miraculis, quæ Pardulphus, jam Varactensis abbas factus, edidit, et in quibus enarrandis biographus dein totus est. Primum, quod ex illis refert, ita fere habet: Cum ea esset abstinentia S. Pardulphi, ut nec carnibus, nec volatilibus uteretur, rusticus quidam, repertos in silva fungos ad sanctum Abbatem deferens, Regnarico cuidam occurrit, qui fungos illos, per vim ablatis, sibi in mensa jussit apponi. Vix illos degustarat Regnaricus, quin ita faucibus ejus adhæserint, ut nec intromitti, nec ejici possent, dum per famulum veniam deprecatus, sancti Viri precibus suffocationis periculo ereptus est. Erat autem Regnaricus, ut biographus ait, illustrissimi viri Chunoaldi principis consiliarius ac Caroli (Martelli) legatarius seu legatus. Hinc porro, et ex anno S. Pardulphi emortuali (Christi videlicet 757) infra, ut dixi, stabiliendo, annus, quo hoc miraculum contigit, quam proxime in hunc modum eruatur.

miraculis clarerepergit.

F

25 Notissimus est apud Rerum Gallicarum scriptores Eudo Aquitanix dux, gestis modo contra Saracenos, Galliam agressos, modo contra Carolum Martellum rebus celebr. Extincto Eudoni successit Hunaldus filius anno 753: Anno ab incarnatione Domini (inquiunt Annales Francorum Metenses tom. II Scriptorum Rerum Gallicarum pag. 684) dccxxxv Eudo dux mortuus est. Eudone mortuo, Carolus Martellus Aquitaniam subjugavit anno sequenti secundum Annales, Petavianos vulgo dictos: dccxxxvi, inquiunt, Audoinus episcopus mortuus est. Et Karolus dimicabat contra filios Eodonum. Aquitaniam

quorum unum sub annum 736.

AUCTORE  
J. B.

vero Carolus, inita cum Hunaldo pace, ipsi Hunaldo sive Chunoaldo dedit; ut *Annales Metenses* habent, hæc omnia ad annum 753 per anticipationem referentes. Verbis, quibus Eudonis obitum memorant, proxime subiunguntur sequentia: Quod cum audisset invictus princeps Karolus, adunato exercitu, Ligerem fluvium transiit, et usque Garonnam et urbem Burdegalensem et castra Blavia occupavit: illamque regionem cepit et subjugavit cum urbibus ac suburbanis eorum. Ducatumque illum solita pietate Hunaldo, filio Eodonis, dedit; qui sibi et filiis suis Pippino et Karlomano fidem promisit. Cum igitur miraculum illud contigerit sub Hunaldo, per Carolum Aquitanie ducem jam forte constituto, et anno 757 ex dicendis S. Pardulphus obierit, ad annum 753 vel potius 756 vel sequentem id referri oportere, verosimilimum est.

alterum vero

24 Quæ apud biographum à num. 12 usque ad 14 sequuntur miracula, commentatione non indigent, nec ullam habent notam, unde, quo circiter tempore contigerint, definias, si illud, quod num. 14 de paralytico, qui per quinquennium in S. Martini Turonensis porticu jacuerat, S. Pardulphi ope sanitati restituito, refertur, excipias. Contigit illud, teste biographo, cum S. Martini Turonensis canobio abbas præerat Audelandus; de quo quia infra sermo recurret, juverit hic, in tempus, quo dictum canobium abbas rexerit, prævie indagare. Sammarthani fratres tom. IV Gallie Christianæ col. 612 S. Martini Turonensis abbates hac serie memorant, tertium scilicet Vudelandum, quartum Gontrannum, quintum Aulandum seu Auctolandum. Vudelandum memorant ex diplomate Pancartæ nigræ, scripto xii regni Theoderici regis iv Calendas Julias de rebus proprietatis suæ datis in patria Alemannica, in pago Brisiganse. *Annus Theoderici* (Calensis nimirum, de quo tantum hic sermo esse potest) decimus tertius incidit in annum Christi 752; cur ergo hujus successorem Gontrannum ex eadem Charta sub Ibbone, Turonensi archiepiscopo, et anno 721 sedisse aiunt? Itaque Vudelandum perperam ab Aulando, Gontranni successore, distinxisse videntur.

ante annum  
734 contigit,

C

25 Aulandi, S. Martini Turonensis abbatis, mentis fit opud Martene tom. I, veterum Scriptorum col. 54 in diplomate Caroli Magni pro eodem monasterio his verbis: Venerabilis Hietherius abba ex monasterio S. Martini eximii confessoris Christi, peculiaris patroni nostri Turonicæ civitatis, ubi ipse pretiosus in corpore requiescit, innotuit serenitati regni nostri, qualiter antecessor suus Aulandus abba quasdam villas instituerit, quæ fratribus mensuatim per totum annum servire debent. Item in Præcepto Caroli Calvi, pro Turonensi S. Martini ecclesia apud laudatum Martene col. 107, ubi inter Fredigisi, S. Martini Turonensis abbatis, decessores Aulandus, Vulfardus et Itherius numerantur. Hinc, opinor, Sammarthani fratres Vulfardum Aulando velut proximum illius successorem, nullo alio interjecto, subjecerunt. Verum Aulando, non Vulfardus, sed Teutsindus proximus successor fuit: rexit enim Aulandus S. Martini Turonensis abbatiam anno ex jam dictis Theoderici Calensis xiii, id est anno Christi 752: præerat vero eidem Teutsindus anno Theoderici decimo quinto, qui cum anno Christi 754 connectitur in Chronico Fontanellensi cap. 9, scripto sub Ludovico Pio. Verba ejus tom. III Spicilegii Acheriani

pag. 210 sic habent: Teutsindus, Pater cœnobii S. Martini Turonensis ecclesiæ, sortitur locum regiminis (monasterii Fontanellensis) anno Dominicæ Incarnationis dcccxxiv, Indictione ii, qui erat annus præfati regis Theoderici decimus quintus. Ex quibus quidem hoc loci tantum concludo, miraculum sanati a S. Pardulpho paralytici, qui per quinque annos in porticu S. Martini Turonensis jacuerat, non serius, quam anno 754, contigisse: sed ex eisdem Cointi sententiam de anno obitus S. Pardulphi infra refellam. Nunc ad biographum redeo.

26 Insigne fortitudinis, animique in Deum fiducia pleni, specimen a S. Pardulpho editum num. 43 biographus refert. Fusi ingenti prælio a Carolo Martello, et Eudone, Aquitanie duce, Saraceni fuga sibi consulebant: barbaræ gentis furorem clades accepta acuebat; et quidquid obvium habebat, seu sacrum seu profanum, igni ferroque tradebat. Jamque allatus Varactum rumor fuerat, certum S. Pardulphi monasterio exitum a Saracenis imminere: territi monachi, deserto monasterio, ad tutiora loca se receperunt; uni Pardulpho persuaderi fuga non potuit; sed, Deo fretus, barbarorum adventum intrepidus expectavit, latitante unico famulo, qui avidior ceteris rei exitum opperiebatur. Brevis post ad Varactense monasterium Saraceni pervenerunt; sed, instante orationi Pardulphi, illæso monasterio abiire, divina virtute compulsi. Cladem illum Baronius ad annum 723 retulit ex Annalibus Fuldensibus; quam recentiores eruditi ad annum 752 passim differunt, a quibus stant plerique veteres Rerum Francicarum Annales. Ex his aliquid, unde pugne locum, annum, mensem et feriam discas, recitabo.

27 *Annales Francici*, qui vulgo Nazariani anno, ut apud dicuntur, et ab anno 707 ad usque annum 732 exeurrunt, sic habent: dcccxxii Karolus pugnavit contra Saracenos (Saracenos) die Sabbato ad Pictavis. Petaviani ab anno 708 ad annum 731: dcccxxii Karolus habuit bellum contra Saracenos in mense Octobri, die Sabbato. Tiliiani ab anno 708 ad annum 730: dcccxxii Karolus habuit bellum contra Saracenos. Chronographus Fontanellensis, de quo supra: Hujus (Landonis, abbatis Fontanellensis et Remensis archiepiscopi) anno secundo, id est, Dominicæ Incarnationis septingentesimo trigesimo secundo, Eudo, dux Aquitanorum, cernens se superatum, et ad defendendam patriam suam contra Carolum se viribus esse destitutum, gentem perfidam Saracenorū ad auxiliandum sibi invitat (imo vero potius Caroli in hæc pugna comes et adiutor) qui cum rege suo, Abdirama nomine, Garonnam fluvium transeunt, Burdegalim urbem pervenerunt, ibique ecclesiis Dei igne concrematis, pluribusque Christianis interfectis, usque ad Pictavem urbem, basilicamque S. Hilarii igne concremarunt, et ad beatissimi Materni (lege Martini Turonensis) ecclesiam subvertendam summo conamine proficisci contendunt. Contra quos Carolus princeps juxta urbem Pictavem aciem construxit, et super eos, invocato Christi auxilio, intrepidus irruit, et eos cum rego eorum ad internecionem usque delevit. Acceptisque spoliis eorum, nomen Domini glorificans, tota jam Aquitania subacta, cum triumpho ad propria revertitur. Ex quibus verbis colligere est, inter Pictavium et Turonensem civitatem fuisse pugnatum, ac fieri potuisse, ut e

et insignis in  
Deum fiducia

E

F



A dispersis Saracenis aliqui Varactum deflexerint, quaque possent, in Hispaniam per Vasconiam aut Septimaniam, quæ Saracenorū imperio parebant, redituri.

specimen præbet.

28 Anastasius Bibliothecarius prædictam Saracenorū cladem Eudoni, nulla facta mentione Caroli Martelli, sub Gregorio II retulit, qui anno 751 ex hac vita migravit. Verum Anastasius duplex cum Saracenis prælium perperam miscet; alterum, quo Eudo sub annum 723 Saracenos fudit, alterum, quo Carolus Martellus una cum Eudone denuo eosdem protivisse perhibetur anno 752. Colligitur id ex ipsis Anastasii verbis: etenim prælium illud, quod sub Gregorio II refert, accidisse ait, cum jam Hispaniarum provinciam per decem (Saraceni) tenerent annos: Roderico autem teste, lib. III, cap. 21, Gothicum regnum a 732, seu anno Christi 714 Saraceni evertunt. At aliunde, cum idem Anastasius cecidisse dicat eo prælio, (quod non sine adulatione a variis scriptoribus proditum apparet) Saracenorū trecenta septuaginta quinque millia, quod de Caroli Martelli cum Saracenis pugna passim refertur, satis apparet, Anastasium duplex prælium in unum idemque confudisse; quod etiam Paulus Diaconus lib. VI de Gestis Langobardorum cap. 46 fecit. Primum prælium prope Rhodanum gestum esse Anastasius scribit; at posterius prope Pictavium Ligerinque contigisse, jam vidimus. Anno 721 Eudonem Saracenorū copias ex Aquitania pepulisse, notant Annales Nazariani et Petaviani: Chronicum vero Moissiacense ab Eudone Saracenos Tolosam obsidentes ingenti clade affectos fuisse, etiam scribit: pluribus igitur præliis Saracenos Eudo vicit, quorum saltem unum anno 752 una cum relato hic a biographo S. Pardulphi miraculo illigandum est.

Alterum ejusdem miraculum,

29 Cetera, quæ a num. 16 persequitur biographus, S. Pardulphi miracula tacitus prætereo, de quibus, si quid annotandum occurreret, paucis id in Annotatis fiet: de postremo tamen, quod num. 48 ad calcem refert, quod annexam habeat temporis notam, de qua Valesium inter et Mabilonium non convenit, nonnulla disserere juvat. Miraculum sic habet: S. Pardulphus viri cujusdam e pago Bituricensi filium e sacro fonte susceperat; defuncti aliquanto post pueri cunas, quæ vivo illo sponte agitari sunt visæ; nescio, quo loco, in suis adibus parentes suspenderunt; acciditque deinde, ut Franci Aquitaniam hostiliter ingressi ceteras apud Bituricensem civitatem domos igne concremarint; hanc autem, in qua dictæ cunæ suspensæ erant, exurere non potuerint. Contigit ea Francorum in agrum Bituricensem irruptio eo tempore, quo Hunaldus, Eudonis filius et in ducatu Aquitanie successor, Carolo Martello, cui, uti et ejus filii, fidem suam obstrinxerat, jam et vixit erepto, res novas moliri cepit, et a Carolomanno et Pippino, Martelli filiiis, ad officium redire coactus est, quod ad annum 742 Rerum Francicarum lib. XXV Valesius refert.

quod anno 741 Mabilonium,

50 Mabilonium autem in Annotatis ad S. Pardulphi Vitam sic loquitur: Id contigit anno DCXXI paulo post mortem Caroli Martelli, ut in Chronici Fredegariani continuatione legitur cap. 5. Verum neque id ait Fredegarii continuator, neque is Valesio refragatur: Carolum Martellum obiisse ait, undecimo Cal. Novembris, videlicet anni 741 ex Mabilonii aliorumque calculo; narrata Caroli morte, Chiltrudis, Caroli filie, cum Odilone Bavarie duce conjugium refert: tum ita prosequitur: Interea rebellantibus Wasconibus

in regione Aquitanie cum Chunoaldo duce, filio Eudone (Eudonis) quondam, Carolomannus atque Pippinus, principes germani, congregato exercitu, Ligeris alveum Aurilianis urbe transcunt, Romanos (id est, Aquitanos) proterunt, usque Beturigas urbem accedunt, suburbana ipsius igne comburunt. Chunoaldum ducem persequentes fugant, cuncta vastantes Lucca (Loches prope Turones) diruunt etc. Hæc Fredegarii continuator, quæ vere abs illo dici potuere, etsi, quæ verbis mox laudatis narrat, anno 742 post Pascha seu Kalendas Apriles contigissent.

LECTORUM J. B.

51 Imo vero, ætate anni 742 ista contigisse, ipse Fredegarii continuator indicat, prædicti castris expugnationi mox ista subjiciens: Unde reversi circa tempus autumnii (utique anni 742) eodem anno iterum exercitum admovent ultra Rhenum contra Alemannos. Eodem, inquit, anno, non quo Carolus Martellus obierat, sed quo post illius obitum Biturigum suburbana combusserant, et castrum Lucca Carolomannus et Pippinus expugnarant. Ut adeo Valesio Fredegarii continuator non modo non adversetur, sed patrocinetur. Accedunt Annales Francorum Metenses tom. II Scriptorum Rerum Gallicarum pag. 685 et 687, ab anno 687 usque ad annum 749 producti, qui anno 741 Caroli Martelli obitum, et Carolomanni et Pippini in fratrem suum Gripponem, qui Lugduno Clavato se incluserat, expeditionem; anno vero 742 motum ab eisdem in Hunaldum, Aquitanie ducem, bellum conceptis verbis innectunt; quod etiam faciunt Annales Nazariani, Petaviani et Tiliiani, et hi quidem his verbis: DCXXI Karolus Major-domus defunctus est. DCXXII Carolomannus et Pippinus Major-domus duxerunt exercitum contra Hunoldum ducem Aquitanorum et ceperunt castrum, quod vocatur Luccas. Ita-que Valesii sententia standum omnino videtur.

rectius sequenti innotuit Valesius.

### § III. S. Pardulphi obitus et translationes.

Attigerat S. Pardulphus jam ætatis suæ annum fere octogesimum, teste biographo, cum inter suorum lacrymas purissimæ vitæ cursum beato fine terminavit, suos vitæ spiritum trahens his aut similibus verbis consolatus: Viriliter agite et confortetur cor vestrum et expectate Dominum. Ad eum accedite et illuminamini, et facies vestræ non confundentur. Nihil vobis deerit, si timueritis Dominum, et non privabit bonis ambulantes in innocentia, ut merito aliquando audiat desiderabilem illam vocem Domini: « Venite » benedicti Patris mei, percipite regnum, quod » vobis paratum est ab origine mundi. » Adjuncta varia, quæ beati Viri obitum comitata sunt, dilucide satis biographus exponit, ut, his diutius immorari, non sit necesse: solum in annum ejus emortualem, quem 757 Mabilonius, Cointius vero 745 fuisse contendit, inquirō. Characteres illius anni chronicos biographus binos suggerit, alterum, quod sub Hunaldo, Aquitanie duce, diem suum obierit; alterum vero, quod die Dominico; cui, si tertium jungas, non quidem a biographo traditum, verosimillimum tamen, quod nempe obierit die 6 Octobris, qui S. Pardulpho ab omni retro memoria sacer fuit; in Mabilonii Cointiive sententiam abeam, necesse est.

Instante anno vitæ 80,

F

55 Hunaldus ab anno 756 usque ad annum 744

ACTORE  
J. B.  
sed currente  
Christi 737,

744 acceptum a Carolo Martello Aquitanix ducatum tenuit: primum Annales partim Metenses, partim Petaviani docent, quorum verba habes num. 25. Alterum iidem Annales Metenses ad annum 744, ubi sic habent: Eodemque anno Hunaldus dux germanum suum, nomine Hattonem, per falsa sacramenta decipiens, de Pictavis ad se venire jussit, cui statim oculos eruit et sub custodia retrusit. Sed non post multos dies, Hunaldus, corona capitis deposita, et, monachi voto promisso, in monasterium, quod Radis (Isle de Ré in Oceano Aquitanico) insola situm est, intravit, filiumque suum Waifarum in principatu reliquit. Recte igitur Mabillonius perinde ac Cointius S. Pardulphi obitum iisdem annis circumscripterunt. Porro anno 757, qui Mabillonio placuit, littera Dominicalis erat F, et dies 6 Octobris in Dominicam incidebat: audio, inquit Cointius; sed hæc anno 745 æque ac anno 757 congruunt. Quapropter aliunde is suam nititur stabilire sententiam: nimirum partim ex anno, quo Auilandus S. Martini Turonensis monasterii reginam capessivit, partim ex biographo num. 14. Sic igitur arguit.

B  
non 743, ut  
Cointius,

54 Teutsindus, monasterii jam dicti abbas, obiit anno 738, vel certe illi eodem anno Wido in monasterii Fontanellensis regimine successit, ut scribit auctor Chronici illius monasterii: at Teutsindo (abbas is erat militaris duplici abbatia donatus, ut tempore Caroli Martelli hujusmodi hominibus non rarum erat abbatias conferri) in S. Martini Turonensis monasterio successit Auilandus. Porro hic S. Martini Turonensis abbas jam erat, Pardulpho adhuc superstite, quod e biographo laudato liquet. Anno igitur 758 nondum e vivis S. Pardulphus excesserat. Differri proinde debet annus ejus emortualis ad annum 745, quo solo post annum 758, Aquitaniam moderante Hunaldo, cucurrit littera Dominicalis F. Ita fere Cointius, sed duplex hic peccatum admittens: alterum quidem, quo Teutsindum Auilandi decessorem facit sine idoneo teste. Fateor, in Præcepto Caroli Calvi, de quo num. 25, Fredegisi, S. Martini Turonensis abbatis, decessores hoc ordine recenseri: Auilandus, Vulfardus, Itherius: at num præterea hi omnes sibi proxime successerunt? Non Teutsindo Auilandum; sed illum huic successisse, ex dictis numm. 24 et seq., quos consule, longe mihi quidem verosimilius apparet. Alterum vero Cointii peccatum in eo cubat, quod eundem biographum, qui Auilandum, jam S. Martini Turonensis abbatem factum, S. Pardulpho æqualem facit, non animadvertit, pariter dixisse num. 19 S. Pardulphum vitam finisse non modo sub Hunaldo Aquitanix duce, sed ea tempestate etiam, qua præcelsus Major domus Carolus (Martellus) regeret Franciam, quem anno 741 e vivis abuisse, Cointius ipse una cum ceteris eruditissimis scribit. Ceterum Cointius Menardum, qui S. Pardulphum Caroli Magni tempore obiisse scribit, recte refellit; sed, quod ad Sancti annum emortualem spectat, Mabillonio adhaerendum. Denique cum ex dictis S. Pardulphus obiit anno 757 fere octogenarius, natum illum esse sub annum 637, ut moneam, non opus est.

C  
nedum sub  
Carolo Ma-  
gno, ut alii  
scribunt, obiit:

55 Eundem errorem Menardo antiquior Gaufridus, Prior Vosiensis, parte I Chronici sui cap. 15, et hunc secutus Bernardus Guidonis lectori suo propinarunt his verbis: Floruit (S. Pardulphus) tempore Stephani Papæ secundi, qui cæpit anno DCCII. Migravit autem sub Carolo rege, et duce Aquitanorum Hunaldo. Refellitur uter-

que ex biographo num. 19, ubi S. Pardulphum D non sub Carolo Magno Francorum rege, sed Carolo Majore-domus, seu Martello, obiisse ait. Deceperit fortasse Gaufridum bellum Aquitanicum, quod mortuo Pippino adversus Hunaldum, seu Hunoldum, Carolus Magnus gessit, de quo Eginardus in Vita Caroli: Nam et Hunoldum, qui post Waifarum mortem Aquitaniam occupare, bellumque jam pene peractum reparare tentaverat, Aquitaniam relinquere et Vasconiam petere coegit. Sed Hunaldus hic ab Hunaldo, Waifarum patre, et anno 744 monasterium, ut supra retuli, ingresso, alius est; aut, si idem est, desertoque monasterio post filii sui Waifarum mortem Aquitaniam recuperare studuit, non modo cum Carolo, jam rege Francorum facto, sed ante etiam cum Carolo Martello bella gessisse dicendus est; atque adeo vel sic Gaufridus, eumque secutus Bernardus Guidonis, biographum S. Pardulphi sibi refragantem habent.

56 Porro quis locus defuncti S. Pardulphi eaz-  
vias exceperit, declarat ipse biographus num. 17  
de S. Albini Varactensis ecclesia scribens: Ubi  
postea corpus sancti viri Pardulphi jacet humat-  
tum. Sine hic S. Albinus Andegavensis episco-  
pus, cujus Acta ad diem 4 Martii in Opere nostro  
illustrata sunt, cui ædes sacræ, templa et mona-  
steria plurima per totam Galliam dedicata sunt,  
mihi incomptum est. Diu quidem S. Pardulphi  
corpus penes Varactenses fuisse ajunt; sed post  
longa annorum curricula Varacto Sarlatum,  
modo episcopale in Aquitania et Petrocoriensis  
provincia oppidum, translatum fertur, et juxta  
S. Sacerdotis, Lemovicensis episcopi, corpus in  
ecclesia huic dedicata collocatum: consule Pro-  
prium Sanctorum diocesis Sarlatensis num. 13  
laudatum. S. Pardulphum ab obitu suo multis  
prodigiis Varacti, dum illic ejus reliquæ quie-  
runt, inclaruisset, ex numm. 17, 18, et 21 Acto-  
rum colligi facile potest: at non minus Sarlati  
prodigiis claruisse, necesse est: si quidem illius  
temporis monachi S. Saluatoris (anno 1561 Be-  
nedictinum habitum cum canonico commutarunt)  
quorum tunc erat S. Sacerdotis ecclesia, quæ  
modo cathedralis est, inde ob frequentem populi  
ad S. Pardulphum concursum illius reliquias in  
ecclesiam S. Joannis extra monasterium transfe-  
rendas curarunt, ut legitur in Proprio Sanctorum  
mox citato. Negant quidem Varactenses S. Par-  
dulphi corpus unquam penes Sarlatenses, saltem  
constanter, fuisse; idque pignus penes se perman-  
sisse contendunt: Sarlatenses vero, Sancti tantum-  
modo sarcophagum et cineres Varactensibus reli-  
ctos ajunt: ut sit, Sarlatenses saltem partem  
sacri corporis habuisse, eamque opinionem jam  
olim hominum animis inselisse, tum ex jam di-  
ctis, tum ex dicendis verosimillimum est.

E  
ejus reliquæ  
primum Va-  
racto Sarla-  
tum,

E

F

57 Qua vero occasione aut modo Varactenses  
S. Pardulphi reliquias, magnam saltem partem  
amiserint, nusquam reperi: quo pacto autem Sar-  
lato ex ecclesia S. Joannis deinde Arnacum per-  
venerint, exponit in Chronico Gaufridus, Vosi-  
ensis Prior, cujus priusquam verba recitem,  
nonnullatum de Arnaco, tum de tempore, quo illic  
S. Pardulphi reliquæ delatæ fuerint, juvat præ-  
mittere: Arnacum oppidulum, inquit Mabillo-  
nius in Appendice ad Acta S. Pardulphi, situm  
est in Lemovicibus uno lapide a castro Pompe-  
dorio, POMPADOUR, inter Vosiensem abbatiam et  
Tutelam urbem: id nominis etiam ejusdem loci  
Benedictinum monasterium gerit; cujus hanc  
Mabillonius notitiam exhibet: Postmodum rela-  
tum

post vero  
Sarlato  
Arnacum.

A tum est Sancti corpus in cœnobium Arnacum, Annac, in cujus ecclesia hactenus adservatur. Istud monasterium redactum in Prioratum monachorum cœtu destitutum : de quorum restitutione cogitant prænobiles domini de Pompeodoro, qui in S. Pardulphi ecclesia sepultura locum habent. *Hæc de Arnaco : de tempore vero, quo Sancti reliquiæ Arnacum delatæ fuerunt, observo errorem in Gaufredi Chronico, prout apud Labbeum exstat, occurrere.*

ut scribit  
Gaufredus,

58. *Gaufredus Chronicum suum exorsus a S. Pardulphi corporis Arnacum translatione, ac tempus, quo illa contigit, utcumque determinaturus, duplicem temporis notam adhibet, initium nempe regni Roberti, Franciæ regis, quod circa 996 incepisse, ait, et principatum Guilielmi, Aquitanie ducis, Teste d'Estoupepe cognomento dicti. Robertus ab obitu patris sui Hugonis Capeti Francici regni clavum tenuit usque ad annum 1051. Guilielmum vero, cui cognomen Teste d'Estoupepe, jam inde ab anno 965 obiisse, scribit Beslius ex Chronico Malleacensi, cujus apud Labbeum tom. II Bibliothecæ Mss. pag. 204 hæc verba sunt: Anno dcccclxxiii obiit Willemus (caput Stupæ, ut paulo ante vocatur) apud S. Maxentium, ubi erat Odo abbas. Hic igitur peperam in Labbeano Gaufredi Chronico Roberti tempore Aquitanie præfuisse memoratur. Quo determinato anno translatio ista contigerit, invenire nusquam potui, neque dilucide satis e Gaufredo eruere. Circa annum millesimum, ait Proprium Sanctorum diocesis Sarlatensis; circa annum mxxviii Bailleus. Sane ultra hunc differri non posse, ex iis, quæ ex Gaufredo mox referam, manifesto efficitur.*

B 59. *Is S. Pardulphi translationem, de qua agimus, parte I Chronici cap. 2, 5 et 4 ita describit: Dulcissimi (ad nomen Gallicum S. Pardoux alludit: Doux enim Gallicè idem valet, quod Latine Dulcis: unde Perdulcem seu Dulcissimum appellat) patris Pardulphi corpus longe post ejus transitum de cœnobio Garactensi delatum est in monasterio Sarlatensi, et juxta corpus S. Sacerdotis, Lemovicensis episcopi, honeste collocatum est. Illic multarum signis virtutum populorum turbas invitans, monachis ibidem tunc religiosi naseam ingerebat. Quapropter abbatem a Pontifice separantes in ecclesiam S. Joannis extra monasterium transtulerunt; dehinc subtracta signorum frequentia, Pardulphum Sacerdoti parem divina Pietas dicitur ostendisse. Eo tempore Guido de Turribus, qui cognominatus est NIGER, inter principes Lemovicini climatis probitatis titulo clarebat. Erat illi uxor non dispar natalibus, ENGALCIAS nomine, filia principis Malamortensis castri, quæ S. Geraldi Aureliacensis ex nepte proneptis extitisse narratur. Hi enim ecclesiam de Arnaco, quæ olim fuit in honore sancti Petri parva quidem, sed parochialis, in melius ampliare studebant.*

cujus de posteriori translatione

C 40. *Hunc adivit Sarlatensis presbyter quidam, et de corpore sancti Pardulphi transferendo sese ministrum. Deo auctore, fore spondit. Qui Sarlato rediens, Sancti reliquias de loculo transfert in loculum. Deinde noctu properat ire: ne vero per diem res cognosceretur, asinum stravit, et, ut rustice loquar, superposuit bastas (canistra); in quarum una lipsanum Sancti posuit, in alia Gausbertum puerum suum recondidit, quæ omnia linteo cooperuit: obviantibus vero dicebat, in mercato Saliniacensis castri, quod agitur quinta feria, panem ferre ac re-*

narratio

ferre. Sicque devenit ad Viseræ litus (tunc inter vicecomites fuit hostilitas permaxima pro Ave vicecomitissa, quæ dicebatur BLANCHA) die notata venit ad fluvium inclytus heros, militum turmam secum armatam prompte conducens. Quid multa? Suscipitur a principe thesaurus pretiosior auro: ipsaque die in villa de Perpe-sac, non hospites, sed domini hospitati sunt: postera die, hoc est, XIX Kal. Januarii, Arnaco devenerunt, et in ecclesia sua novus hospes possessor perpetuus effectus est.

41. *Tunc, facta solemnè donatione, contulit cœnobium abbatibus S. Martialis (Lemovicensis) et Hugoni et Gaufredo, donum istud postea Lemovicensis pontifex Jordanus approbavit, et Benedictus Papa confirmavit. Tunc monachis intromissis, Chargerio capellania conceditur, postmodum vero capellaniam de Segunzac eidem commisit Guido de Turribus, ut integra libertate monachi in ecclesia propria libertate potirentur. Laicorum enim principum auctoritate multa tunc in ecclesia disponebantur; unde nunc provisores sive defensores vocantur. Ecclesia enim de Segunzac primitus data est beato Pardulpho etc. Repositis Arnaci S. Pardulphi reliquiis, ejusdem loci ecclesiam in honorem Sanctissimæ Trinitatis consecravit supra memoratus Lemovicensis episcopus Jordanus: annum et diem Gaufredus docet cap. 9. Hujus (Odolrici abbatis S. Martialis Lemovicensis) rogatu dominus Jordanus de Laron, Lemovicensis episcopus, antequam abiret Hierosolymis, consecravit monasterium de Arnaco, in quo quiescit corpus almi Pardulphi, in honore sanctissimæ Trinitatis Idus Julii anno Dominicæ Incarnationis mxxviii. Adfuit ibi Guido de Turribus cum venerabili conjuge Engalsia, alias Emalsia etc. Capite vero 29 novam ecclesiæ Arnacensis consecrationem Petro Burdegalensi, Lemovicensi item episcopo, adscribit: dedicavit præterea monasterium de Arnaco 15 Kalendas Decembris, in honorem Sanctæ Trinitatis, sanctique Pardulphi, cujus corpus illic honeste quiescit. Præfuit Petrus Lemovicensi ecclesiæ sub annum 1100, sed non diu.*

AUCTORE  
J. B.

hic exhibetur

42. *Reliquiarum S. Pardulphi Sarlato Arnacum translationem ultra annum 1028 differri non posse, dixi num. 58: patet id ex iis, quæ de Arnacensis ecclesiæ, collocatis jam in illa S. Pardulphi reliquiis, per Jordanum episcopum Lemovicensem consecratione e Gaufredo recitavi. Idem Gaufredus jam laudatus nonnulla refert, quibus forte posset annus, quo Sarlato Arnacum S. Pardulphi reliquiæ allatæ fuerunt, propius definiri: hujusmodi est parenthesis illa: Tunc inter vicecomites fuit hostilitas permaxima pro Ave vicecomitissa, quæ dicebatur BLANCHA. Sed qui fuerint vicecomites illi, quæ Avis, vel Ave, itidem vicecomitissa, assequi non licuit. Alia præterea quædam narrationi suæ Gaufredus immiscet, quæ partim quidem a vero aliena videntur, partim vero, quæ dictam translationem aliquot saltem annis prius, quam anno 1028 contigisse, innuunt. Falsum videtur, Jordanum Lemovicensem episcopum factam a Guidone de Turribus Arnacensis cœnobii abbatibus S. Martialis Lemovicensis donationem, Gaufredi Lemovicensis S. Martialis abbatis tempore, approbasse: Gaufredus enim, S. Martialis abbas et Hugonis decessor ante Girardum seu Girardum, Jordani in Lemovicensi episcopatu decessorem, e vivis excessit. Ita Ademar, scriptor æqualis, et apud S. Martialem Lemovicensem aliquando monachus, dein vero S. Eparchii:*

expenditur-  
que,

F

43. *Reliquiarum S. Pardulphi Sarlato Arnacum translationem ultra annum 1028 differri non posse, dixi num. 58: patet id ex iis, quæ de Arnacensis ecclesiæ, collocatis jam in illa S. Pardulphi reliquiis, per Jordanum episcopum Lemovicensem consecratione e Gaufredo recitavi. Idem Gaufredus jam laudatus nonnulla refert, quibus forte posset annus, quo Sarlato Arnacum S. Pardulphi reliquiæ allatæ fuerunt, propius definiri: hujusmodi est parenthesis illa: Tunc inter vicecomites fuit hostilitas permaxima pro Ave vicecomitissa, quæ dicebatur BLANCHA. Sed qui fuerint vicecomites illi, quæ Avis, vel Ave, itidem vicecomitissa, assequi non licuit. Alia præterea quædam narrationi suæ Gaufredus immiscet, quæ partim quidem a vero aliena videntur, partim vero, quæ dictam translationem aliquot saltem annis prius, quam anno 1028 contigisse, innuunt. Falsum videtur, Jordanum Lemovicensem episcopum factam a Guidone de Turribus Arnacensis cœnobii abbatibus S. Martialis Lemovicensis donationem, Gaufredi Lemovicensis S. Martialis abbatis tempore, approbasse: Gaufredus enim, S. Martialis abbas et Hugonis decessor ante Girardum seu Girardum, Jordani in Lemovicensi episcopatu decessorem, e vivis excessit. Ita Ademar, scriptor æqualis, et apud S. Martialem Lemovicensem aliquando monachus, dein vero S. Eparchii:*

AUCTOR:  
J. B.

S. Eparchii: Defuncto quidem Josfredo abbate (seu Gaufrido,) Ugo ei successit, cui episcopus Girardus adversus exstitit, zeli causa recusans dare consecrationem, quia non poterat sibi vindicare abbatiam, ideoque per biennium non minima seditio fuit civilis, inquit Ademarum apud Labbeum tom. II Bibliotheca Mss. pag. 376.

sub initium  
saeculi XI  
transferuntur;  
uti et  
Lemovicum,  
sed ad tempus  
tantum.

45 Benedictus tamen Pontifex, hujus nominis VIII, qui ab anno circiter 1015 ad annum usque 1024 S. Petri cathedram occupavit, tum Gaufridi, tum hujus successoris, nempe Hugonis, tempore dictam donationem confirmare potuit; quod si revera contigit, saltem annis 4 ante annum 1028 S. Pardulphi reliquiae Sarlato Arnacum allatae fuerunt; imo forte et ante susceptum S. Martialis abbatiae a Gaufrido regimen, quod ab anno 1008 initium cepisse, auctores Galliae Christianae auctae tradunt tom. II, col. 537; ita ut hinc Proprio Sanctorum Sarlatensi, S. Pardulphi reliquiarum Sarlato Arnacum translationi annum circiter millesimum assignanti, nonnihil ponderis videatur accedere. Alteram S. Pardulphi reliquiarum Arnaco ad urbem Lemovicinam translationem, sed temporariam duntaxat, refert Gaufridus cap. 27, quem audi: Anno Domini MXXIV iterata lues subcutanei ignis plebem Aquitanicam atrocissime torrebant. Hi quantocumque ad patronum proprium confugientes, auxilium de Sancto accipere meruerunt. De toto nempe Lemovicino ad sanctissimum Martiale delata sunt sancta Sanctorum corpora, confluentibus undique populorum ac principum turmis. Tunc Dominus omnipotens beatum Pardulphum praeclearis decoravit miraculis, cujus corpus illic de Arnaco maximo cum honore fuerat deportatum... Facta est haec translatio Sanctorum circa festivitatem Nativitatis perpetuae virginis Mariae anno, quo supra. Iteratam luem forte vocat, quia eadem centum annis ante in Lemovicibus grassata fuerat, quam, uti et quid ea occasione praestitum sit, ita apud Labbeum saepe citatum pag. partim 170, partim sequenti Ademarum describit.

annis 1094

44 His temporibus pestilentiae ignis super Lemovicinos exarsit. Corpora enim virorum et mulierum supra numerum invisibili igne depaescabantur, et ubicumque planctus terram replebat. Josfredus ergo abbas S. Martialis (alter ab illo, de quo num. superiore et duobus praecedentibus) qui successerat Wigoni, et Alduinus episcopus, habito concilio cum duce Wilhelmo, triduanum jejunium indicunt. Tunc omnes Aquitaniae episcopi in unum Lemoviciam congregati sunt, corpora quoque et reliquiae Sanctorum undecumque solemniter advectae sunt ibi, et corpus S. Martialis, patroni Galliae, de sepulchro sublatum est, unde laetitia immensa omnes repleti sunt, et omnis infirmitas ubique cessavit, pactumque pacis et justitiae a duce et principibus vicissim foederata est. Ita ille de lue anni 994. Grassante vero saeculo post, sive anno 1094, eadem iterum in Lemovicenses lue, e miraculis, quibus tunc a Deo S. Pardulphum decoratum, cap. citato Gaufridus ait, unum memorat cap. 13 his verbis: Cujus corpus sanctum ad portam urbis Lemovicensis tandem immobile perstitit, donec caecus adductus coram populo illuminatus fuit.

et 1212.

43 Litem jam pridem fuisse Varactensibus cum Arnacensibus de S. Pardulphi corpore, supra monui: hinc factum, ut anno 1212 Varactenses S. Pardulphi reliquias Lemovicum detulerint, ad

augendam, quod olim in more positum erat, ecclesiae S. Valeriae consecrationis celebritatem; sed ab abbate S. Martialis admissa nequaquam fuerint. Rem Gaufridus, qui canobii S. Martialis monachus fuit, ita describit: Anno Gratiae MXXII (male Mabillonius corrigiit MCLXII) in festo Victoris et Coronae (die 14 Maii) dedicata est eidem (lege eidem) ecclesiae a Joanne de Veyrac, episcopo Lemovicensi (anno 1218 defuncto) honorifice ornata ac depicta. Tunc ibi est reposta ejusdem virginis (Valeriae) capsula simulque imago cum innumerabili militum ac plebium caterva. Gestatorium S. Valerici, cum argenteo S. Pardulphi de Garacto, se beatum Pardulphum habere, noluit abbas sive conventus eos ex ordine recipere, ne in serapulum principibus de Turribus veniret, qui eundem Patrem Arnaco intulerunt, brachio protomartyris nostrae Valeriae relicto, caeteri rediere. E modo autem loquendi, quo Gaufridus hic utitur, deprehensum facile est, tum ipsummet, tum canobias S. Martialis reliquos credidisse, S. Pardulphi corpus Arnaci ea tempestate vere quiescisse, quam jam pridem communem hominum existimationem fuisse, item supra monui. Haec de S. Pardulphi reliquiarum translationibus: his lubet nonnulla addere de Sancti cultu saeculo XI et XII, quae ex eodem Gaufrido hinc inde excerptam.

46 Saeculo XI ad finem vergente aut initio sequentis Officium de S. Pardulpho publice in ecclesia recitari apud Lemovicenses cepit: sic enim Gaufridus cap. 51: Item per multas ecclesias institutum est (paulo ante mentionem facit liberatae Hierosolymae anno 1099) decantari matutinas et vespertinas Laudes, cum reliquis Officiis Horarum de interemerata Virgine Maria, de quibusdam aliis Sanctis; quidam primum et publice facere eadem consueverunt, sicut de beata Valeria, ac S. Martiale, et alii de aliis, quamvis ex toto privatim, sicuti quosdam agere novimus, qui de dulcissimo patre Pardulpho. Saeculo XII ad annum circiter 71 protracto, S. Pardulphi festo solemnitate aliquid apud Lemovicenses accessit; nam, teste Gaufrido cap. 67, Anno ipso (quo Lemovici Ricardus, Henrici Angliae regis filius, Aquitaniae dux est salutatus) Lemoviciae primo festum almi Pardulphi in cappis celebratur. Anno 1174 festum S. Pardulphi, tunc incidens in diem Dominicam, singulari pompa celebratum in Lemovicensi S. Martialis canobio fuit occasione electi novi abbatis Isemberti, quam ita cap. 69 Gaufridus describit; Pardulphi clarissimi festum Dominicam perornavit diem, quando dominus Isembertus eligitur, quam conventus S. Martialis tam libere egit, ut necesse non fuerit, processionem confundere, quam insignem reddiderunt dominus Radulphus, abbas Cluniacensis, cum annulo et mitra vel cappa Romana, Vosiensis Petrus cum Hugone de Montmurat, Figiacensi abbate, idem quoque novus electus, qui solemnem Missam decantavit, Fuimus fere plus quam centum monachi in ipsa processione in albis, ad Missam in cappis: prosam propria voce consona cantavere in pulpito primo Aimericus Martel, secundo Gaufridus de Niol. Episcopus quidem Geraldus praesens erat, sed non se revestivit, quia caecus erat. Vitam dulcissimi Patris Seguinus eo die recitavit ad mensam.

Pauca de  
S. Pardulphi  
cultu

F

47 His

a Gaufredo et Bernardo Guidonis excerpta.

**A** 47 *His rebus Gaufrerus ipse, ut ex verbis ejus liquet, interfuit: nonnulla tamen in iis occurrunt, quæ cum iis, quæ de Lemovicensibus S. Martialis abbatibus, et Figiacensibus Dionysius Sammarthanus tradit, non facile combinari queant. Hic tom. II Galliæ Christianæ auctæ col. 360 Petrum, S. Martialis abbatem, Isemberti decessorem, obiisse Idibus seu 15 Octobris (dicere debuerat 4 Idus Septembris, ut legitur apud Labbeum tom. II Bibl. Mss. pag. 274) anni 1174, tradit: Isembertum autem die 6 Octobris jam inde electum in abbatem ejusdem loci, Gaufrerus statuit. Hic tom. I de ecclesia Cadurcensi col. 174 Adenarium, hujus nominis secundum, ad annum circiter 1140, et Ebulum circa annum 1180 Figiacenses abbates memorat; Hugonis, qui secundum Gaufrerum anno 1174 Figiacensis abbas erat, non meminit. Præterea Gaufrerus paulo post verba citata num. superiore Moissiacensis abbatis, suppresso tamen nomine, meminit, qui eodem anno tum recens die S. Lucie et civis sublatus fuerat: Moissiacensi autem canobio tom. I, col. 166 et seq. idem auctor ab anno 1163 saltem ad annum 1195 scribit præfuisse Bertrandum. Hæc ex Gaufrero, de S. Pardulphi apud Lemovicenses sæculis XI et XII cultu: hunc pariter per hæc tempora habuisse apud Daionenses Cistercienses, Gaufrerus cap. 75 ait, sed ex illius abbatia Collectario seu Collectarum libro S. Pardulphi nomen deinde erasum, queritur. Denique quanta religione Waracti cultus fuerit, collige ex Bernardo Guidonis de Sanctis Lemovicensibus Opusculo apud Labbeum tom. I Bibliothecæ Mss. pag. 654, ubi hæc habet: S. Pardulphi confessoris sarcophagum cum cineribus Garactensis ecclesia tenet, quæ ad testimonium illius castissimæ vite feminam nullam admittit.*

**VITA,**

**Auctore anonymo suppari,**

**Ex veteribus membranis et apographo P. Jacobi Sirmondi Societatis Jesu.**

**PRÆFATIO.**

Auctor S. Pardulphi Vitæ et miracula,

a

b

c

d

Plerique, dum præcorum patrum antiqua laudant gesta miraculorum, nova, quæ nuper gesta sunt, omittunt. Quasi vinum vetustum cum suavitate et hilaritate hauriunt, mustum, quasi turbulentum, renuentes, et rudis miraculi fidem (rudia corda a) deserentes: sed melius utrobique, ut opinor, utrumque commiscere, vetustum vinum scilicet, ut musti iudicia foveat, ac temperet austeritatem; vini similiter novi austeritas veteris dulcedinem exacuit. Videlicet, ut, quæ ex uno manant fonte, rite uno sapore satient sitientes b. Idcirco, mi pater Berthemari c, non minimas omnipotenti Opifici gratias agimus, quia hic in Aquitania d, superna illustrante gratia, per sancti infusionem Spiritus quamplures philosophos et rhetores reperis, qui Vitam vel Gesta miraculorum B. Pardulphi

confessoris suo stylo enarrare queunt, et luculento sermone fidelium auribus inculcare liquidissime. Et me tantillum et modicum, et a nonnullis despicabilem, ineloquentem et rusticum hoc poscis Opus adgredi e.

AUCTORE ANONYMO.

e

Deo fretus, scribere aggredditur.

f

g

2 Valde onerosum mihi est, quia non est mihi facultas in perfectione, nisi Omnipotens inspiret, et mittat Spiritum sanctum suum: Veritate dicente, quæ ait: « Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis f. » Quapropter vix audeo adgredi invalidus in sensu, tardus ad orandum, tam magni Viri miracula, verborumque et gestorum copiam ad meam humillimam hæsitatem declinare. Profecto vereor, quod absit, de dulci facere amarum, et de amaro dulce: sed illius oro clementiam, qui latices convertit in falerum, et brutis animantibus facultatem tribuit eloquendi. Saltem rustico sermone hujus beati viri Pardulphi vitam vel signa miraculorum, ut valeo, adgredior docere g lectorem.

**ANNOTATA.**

E

a Qui hæc S. Pardulphi Vitam nobis descripsit, videtur parenthesis illam inseruisse, quod illa in exemplari, e quo Vita hæc excerpta est, legebatur; et, ut verba obscura redderet planiora, de suo substituisse hæc: rudis miraculi fidem: quod cum alibi non faciat, indicio id est, fideliter ipsum cetera descripsisse.

b Hæc omnia apud Mabillonium perturbate: Plerique dum præcorum patrum antiqua laudantes gesta miraculorum, nova, quæ nuper gesta sunt, omittunt, quasi vinum vetustum cum suavitate vel claritate hauriunt, mustum nempe, quasi turbulentum, squamololum renuentes in haustu, et rudis miraculis ruda corda deserentes. Sed melius utrobique, ut opinor, utrumque commiscere in haustum, vinum scilicet et mustum, ut dulcia musti foveat ac temperet austeritatem vini; similiter vini austeritas dulcedinem exacuat musti: videlicet, ut, qui uno manantur fonte, uno de sapore satientur sitientes. Non adeo vitiosa sunt, quæ deinceps sequuntur apud Mabillonium: unde hæc non in ipsum auctorem, sed in describentium imperitiam refero.

F

c Forte Waractensis seu Garactensis abbas. Vide num. 7 Comment. præv.

d Una e quatuor Galliæ partibus: sub prima regum Francorum stirpe a Ligero fluvio ad Pyrenæos montes protendebatur: modo autem Aquitania (la Guyenne) passim dicitur pars illa, quæ cis Garunnam est, quæque provinciam Aginensem, Cadurcensem, Guiennam propriam seu tractum Burdegalensem, Lemovicensem provinciam, Petrocoriensem, Ruthenensem et Santoniam complectitur. Ita Baudrandus.

e Hinc, tam Berthemarium, quam Aetorum scriptorem Aquitanos monachos fuisse, conjicio.

f Matt. 10, v. 20.

g Minus apte apud Mabillonium prænotare.



CAPUT

AUCTORE  
ANONYMO.

## CAPUT I.

### S. Pardulphi natales et vita monastica.

S. Pardul-  
phus, natus  
in Lemovicibus,

**I**gitur jam mundo properante ad occasum, crescentibus malis per retro acta signa ruinae suae in sole et luna et stellis vel pressuris gentium, pestilentiam, famem, terrae motus ceterasque ruinas, quas Veritas futura refert atque Evangelica commemorat Historia, et enumerare prolixum est per singula, in Occidentali plaga partium Aquitaniae, dioecesi Lemovicensi, ex agrorum cultoribus, in vico, cujus vocabulum est Sardenus, vel in Sardeno monte a ortus est puer fideli genealogia, cui nomen Pardulphus b. Qui, dum puerilem ageret aetatem et vitam, mitissimus ac modestus cum summa reverentia praeter ceteris adolescentibus videbatur.

oculorum  
corporeorum  
usum adhuc  
puer amittit,

**4** Quadam vero die, cum esset cum aliis adolescentibus et sub quadam arbore sederet, ut mos est in ludis et jocos puerorum, tam pro calefactione, quam pro spectaculo ruinae arboris, ignem ad concremandum in eadem arbore posuerunt; qua exusta, flante vento, irritante imbre, praefata arbor, radicibus avulsa, in terram volvens corruit, ita ut omnes parvuli, qui illic aderant, fugam arripent: sed praefatus Dei puerulus Pardulphus remansit intrepidus, atque immobilis signo Crucis armatus. Casu autem adveniente, illico unus ex ramis arboris ipsius cum in capite sauciavit gravi vulnere, et ob hoc vulnus lumen oculorum amisit; sed claritatem veri luminis infusione Spiritus Sancti per internos oculos meruit contemplari. Cæcus quidem corpore, sed fulgens in opere; tentatus ad tempus, sed non mortificatus; aspectu paulisper privatus, sed perpetuo honorum operum lumine repletus, ita ut videntibus huius mundi claritatem dux esse praevaleret itineris, patriae caelestis introitum absque quolibet offendiculo quaerentibus, ut non cum reprobis de eo diceretur, si cæcus cæco ducatum praebat, ambo in foveam cadunt c.

sed mente  
illustratus,  
virtutibus et  
miraculis  
claret:

d

**5** Iste enim cæcus corpore, sincerus corde, clarus opere, dum cum propriis parentibus ageret vitam d, quiddam ex alimento vel operimento ab eorum manibus accipiebat, mox cum foras vestibulum esset egressus, quemcumque ex pauperibus reperisset, suis hoc ei manibus in abscondito erogabat: nisi paululum in usum vitae suae reservabat, cui mox tantam Dominus gratiam contulit, ut, qui ad eum veniebant variis infirmitatibus languentes, si cui manum imponeret, vel oleo benedicto perungeret, aut aquam benedictam potandam daret, repente ab eis omnes infirmitates febrium repellebantur; etiam et qui daemonibus vexabantur, protinus, cum ad eum perducti fuissent, obsessa a demonibus corpora liberabantur. Haec sunt adolescentiae ejus prima rudimenta, hic est ludus pueritiae.

provector  
factus,

e

**6** Dum talia cæteraque similia, superna illustrante gratia, clemens Opifex per eundem virum suum Pardulphum signa miraculorum faceret undique coruscare, unus ex nobilibus senatorum, Lantharius nomine e, in urbe Lemo-

vica f comitatus officium nactus, opibus ditatus D plurimis, praeter inclytus atque procerior, in facultatibus atque divitiis pollens, decreverat, ut, proptersua redimenda peccata vel etiam adipiscenda vitae aeternae praemia, in loco sui juris, qui vocatur Waractus g, monasterion in honorem Dei ac BB. Petri et Pauli Apostolorum aedificaret, suisque etiam ditaret opibus propriis, atque in cibos vel operimentum monachorum et pauperum delegaret, et missis speculatoribus suis praecipit, ut tam ex vicinis et suburbanis locis, quam aut procul de qualibet provincia vel natione Dei servos aut monachos invenire potuissent, cum summa alacritate ad praefatum ovile congregarent, dicente propheta David: « Et de nationibus congregavit eos h; » pieque a quibusdam divulgatum est, quod in praefato Sardeno famulus Dei Pardulphus timorosam atque religiosam duceret vitam, et die noctuque sedulis atque prolixis vigiliis et orationibus pernoctans hostiam vivam semetipsum Domino Deo mactaret.

**7** Mox praedictus Lantharius, Lemovicum comes, audita fama Viri Dei, ac divino accensus spiritu, equum suum sternere ac parare jussit, et nullum alium ex pueris misit, sed ipse concitus venit, et, facta oratione, Virum Dei ad se accersiri jussit. Repente intuens vultum ejus clarissimum, faciem decoram, elegantem aspectum, crinem pulcherrimum, rogare cepit, lenibus eum sermonibus demulcens ac blandiens, suadendo eidem, ut cum ipso ad suum monasterion habitandum diverteret; sed Vir Dei renuens ejus petitionem dixit, numquam se ex eo loco egressurum usque ad finem vitae suae i. Supradictus vero Lantharius tam rogando, quam suadendo super equum suum levare eum praecipit, et ad monasterion suum virum Dei Pardulphum perducens, augebat Christi caulas, expolians satanae sinagogas. Duobus etiam famulis praecipit, ut ejus subjacerent servituti, et cum magna diligentia jussionem ejus observarent, et ubicumque ipse Lantharius per suum comitatum vel in sua propria loca ambulabat, ipsum semper secum ambulare faciebat, et in sua camera, ubi suus fiebat lectus, semper cominus Virum Dei requiescere faciebat.

**8** Et cum claustra monasterii et omnis fabrica ipsius vel omnia loca habitabilia perfecta et consummata fuissent k, praedictus Lantharius per ostium cellulae ipsius l Viro Dei regendum tradidit, et congregatis ibi monachis praeficitur in abbatem. Et quia jam praefati sumus de genealogia ejus atque propagine, quod fuerit ex agricolis exortus, factum est, divina dispensante clementia, ut cordium custos vel cultor esse non desineret, serendo vel seminando assidue pabulum verbi Dei, ut grex sibi commissus copiosa fieret fruge fecundus. Post haec vero prostratus supradictus Lantharius utroque genu in terram poscebat dicens, ut, cum ante tribunal Christi veniret, suis suffragiis sublevaretur. Fuit autem ejus poenitentia nimis ardua: postquam enim in praedicto cenobio habitare cepit, ostium cellulae suae egressus non fuit unquam, a sole calefactus nisi per fenestras m, numquam carnis aut volatilibus usus est ad alimentum vitae suae n, numquam linteo sudatus, neque balneo usus est, nisi postquam infirmari cepit o, suadentibus fratribus. Rarissime astuabat ex calidis lapidibus, et cum introisset, ubi est Waractus, latenter ferrum deferens acutum, cuncta membra

f

g

h

abbas consti-  
tuitur in Wa-  
ractensi co-  
nobia,  
E

i

F  
in quo vitam  
ducit

k

l

m

n

o

bra

A bra sua minutissime incidere, ut semper vulneratus esset, et facta vulnera vix de loco moveri potuissent *p*, et bene cum Propheta diceret: « Non est sanitas in carne mea a facie iræ » tuæ *q*.

*valde austeram.*

9 Comedebat semel in hebdomada escam, sed aridissimam: Quadragesimæ vero temporibus omne corpus suum nudatum a discipulo suo, cui nomen Theodenus, virgis cædi præcipiebatur; nocte vero omni corpore prostrato in terram, extensis brachiis tam æstate, quam hyeme, quamdiu potuisset, in oratione jacebat: surgens autem ab oratione paululum requiescebat. Quod vero restabat post horas nocturnas ex Lectionibus, quod audierat, memoriter recitabat: post matutinas vero Laudes Responsoria vel Antiphonas de sanctis Martyribus decantando meditabatur *r*. A tertia autem hora usque ad sextam per singula altaria orationi vacabat. A sexta vero usque ad nonam silentio studebat, exiens autem a nona pauperes vel infirmos, qui ad eum veniebant, verbo Dei, pane vitæ, prædicatione satiabat. Dum vero quadam nocte paululum obdormisset, archangelum Michaellem in somnis sibi adstantem vidit, qui clara voce ad eum ait: Pardulpho, vir Dei, surge velociter et ascende per gradus scalæ istius, dextera manu gressus dirige, sinistra autem noli ire, quia tenebræ sunt. Ecce Dominum Deum tuum, quem diligis, invenies stantem ad summitatem scalæ, in manibus habentem coronam, quam in capite tuo pro tuis laboribus vult ponere, et baculum, quem tibi ad regendum populum suum dabit, ut sectator honorum operum viam salutis doceas. Tunc Famulus Dei statim consurgens, et locum, ubi pedes angeli adstare vidit, deosculatus, protinus se cum lacrymis orationi dedit, et postea omnibus ægrotantibus, qui ad eum veniebant, de ipsa terra, ubi pedes angeli stare viderat, ad spargendum in domibus eorum dabat. Sed cum ejus abstinentiam digessimus, de ejus virtutibus aliquid enarrare debemus.

#### ANNOTATIO.

a *Apud Mabilonium legitur*: Seredinnus. *Vicus est prope Waractum seu Garactum, de quo infra ad lit. g.*

b *Gallice S. Pardoux. Alibi Pandulphus vel Paradulphus etiam dicitur. Natus est sub annum 637. Vide num. 54 Comment. prævii.*

c *Matt. 13, v. 14.*

d *Videtur Sanctus, relictis paternis ædibus, vitam solitariam aliquamdiu etiam egisse, licet nulla in his Actis ea de re mentio fiat. Vide num. 18 et seq. Comment. prævii.*

e *Is mihi aliunde omnino ignotus.*

f *Aquitaniæ 1 civitas (Limoges) ad Vigenam (la Vienne) fluvium.*

g *Ejusdem Aquitaniæ 1 in Marchia Superiore oppidum prope Wartimpæ (la Gartampe) fontes. Gallice dicitur Gueret.*

h *Psalm. 103, v. 14.*

i *Nempe e loco solitario, quem tunc inhabitasse videtur, haud procul natali vico.*

k *Sub finem videlicet sæculi septimi vel seq. initium.*

l *Quippe vir solitudinis amantissimus nunquam, seu vix unquam sua cella egressus est, ut legitur paulo post.*

m *Melius apud Mabilonium: Postquam in Octobris Tomus III.*

prædicto cœnobio habitare cœpit, ostium cellæ ipsius egressus non fuit, nunquam a sole calefactus, nisi per fenestram etc.

n *De carnium esu universim hæc habet S. Benedicti Regula cap. 43: Sed et carnium esus infirmis et omnino debilibus pro reparatione concedatur. At ubi meliorati fuerint, a carnibus more solito omnes abstineant. Vide infra lit. r.*

o *De balneis, tunc temporis adhiberi sæpius solitis, eadem Regula: Balnearum usus infirmis quotiens expedit. Sanis autem et maxime juvenibus tardius concedatur. Vide infra lit. r.*

p *Mabilonium legit: Et facta vulnera vix de loco moveri potuisset: id est, ut factis vulneribus vix de loco moveri potuisset, seu e cella alio transferri.*

q *Psalm. 57, v. 4.*

r *Alludere hæc videntur ad Regulam S. Benedicti cap. 8, ubi hæc leguntur: Quod restat, post vigiliis a fratribus, qui Psalterii vel Lectionum aliquid indigent, meditationi inseruiat: suadet hæc, uti et quæ ad litteras n et o annotati, Sanctum ex instituto Regulæ Benedictinæ Waracti vixisse.*

## CAPUT II.

### Varia S. Pardulphi miracula.

Quidam ex rusticis vulgaribus, Gommus nomine, dum ligna ad usum ignis in silva cæderet in vetusta arbore, boletos, quos vulgo Lemigas a vocant, adhærentes reperit et collectos decrevit ad virum Dei Pardulphum deferre. Cumque concitus monasterion ad Hominem Dei properaret, Regnarico cuidam, consiliario illustrissimi viri Chunoaldi b principis, nec non et legatario præcelsi Majoris-domus, Francorum regis Caroli c, in via obviam, seiscitatusque ab eo, cui has deferret lemigas, confessus est dicens, quod ad virum Dei Pardulphum deferret, qui nihil carniæ, nec volatiliæ edebat. Sed prædictus Regnaricus temerario ausu easdem lemigas de manu hominis usurpavit, pueroque suo præcepit, ut, cum hora vescendi venisset, eas ad comedendum diligenter præpararet.

11 Cum autem hora prandii ante eum fuissent allatæ, mox ex eisdem lemigis in ore suo posuit: sed factum est, ut neque gutture, neque ore projicere valeret, adeoque anxiretur ut guttur ejus et caput tumesceret. Tunc unus ex pueris ait, quod pro lemigis, quas homo ad Virum Dei deferrebat, hoc malum pateretur. Tunc Regnaricus equum suum, in quo sedere consueverat, magna celeritate sterni et ornari præcepit, et per eum unum ex famulis suis ad famulum Dei Pardulphum direxit, et ita præcepit, ut prostratus ejus pedes deoscularetur, veniam deprecatus, ut culpam, quam in eo commiserat, relaxaret, ac pro eo Dei misericordiam exoraret: cumque idem puer ante virum Dei Pardulphum adstitisset et cuncta retulisset, Vir quoque Domini hilarissimo vultu et quasi subridens ait: Oh fili! semper contraria impiis præcepta justitiæ: illi autem, ut Dominus dixit, non evadent laqueos justæ vindictæ: nos, etsi in magnis tribulationibus positi sumus, tamen a

AUCTORE ANONYMO.

\* De vita ex usu fungorum  
\* al. Gominus

a

b

c

F periclitanti subvenit,

AUCTORE  
ANONYMO.

Conditore nostro Deo non omnino sumus de-  
specti. Vos vero quomodo erogabitis propria,  
qui rapitis aliena? Et continuo nullas moras  
agens oratorium ingressus, pro eo Domini mi-  
sericordiam diutissime exoravit, oleumque be-  
nedictum et aquam suis ei manibus dedit. Cum  
autem homo ad Regnaricum reversus fuisset,  
et oleo sancto eum unxisset, aquamve in ore  
posuisset, prædictæ lemigæ cum magno stre-  
pitu ingentique dolore per os ejus rediere, et  
ita sanus factus est: rursusque multis diebus  
crebro ad Virum Dei veniens gratias agebat,  
confitendo peccata sua, Domino Deo laudesque  
dabat *d*.

*d*  
claudio gres-  
sum

12 Aliud quoque fertur miraculum, quod  
per eum Dominus operatus est ad laudem sui.  
Dum quadam die solus sine fratribus resideret,  
claudus quidam, Marcellus nomine, qui ab utero  
matris suæ calcaneos hærentes renibus habebat,  
nec aliter nisi cum scabellis gradiebatur, ad eum  
veniens rogare cœpit, ut pro restauratione sui  
gressus Dominum exoraret. Tunc Vir Dei res-  
pondens ait: Oh nate! ista virtus apud B. Pe-  
trum Apostolum fuit, quando ad portam templi  
claudum invenit, qui ab eo stipendia vivendi  
postulabat, cui beatissimus Petrus respondens  
ait: « Argentum et aurum non est mihi: quod  
» autem habeo, hoc tibi do. In nomine Jesu  
» Christi surge et ambula *e*. » O quale miracu-  
lum! dum victum corporalem quæreret, stabili-  
tatem pedum recipit ab Apostolo sancto. Nos  
vero, filii, inusitatum habemus istud miracu-  
lum; sed tamen recordamur, quod Dominus  
discipulis suis est pollicitus, dicens: « Si ha-  
» bueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis  
» monti huic, transi hinc, et transibit, et nihil  
» impossibile erit vobis *f*. » Tu autem, fili, ad-  
quiesce consilio meo, vade ad fontem meum,  
quem ego construere rogavi, et nudatum corpus  
tuum ex ea aqua ablue, et dein ex aqua bene-  
dicta totum corpus tuum lini, et in eadem nocte  
in oratorio, quod est in honore sancti ac bea-  
tissimi martyris Silvani, juxta eundem fontem  
positus, vigila, et nos cum fratribus pro resta-  
uratione gressuum tuorum Domini misericor-  
diam exorabimus.

*f*  
tribuit, dæ-  
moniacos li-  
berat,

\* al. Blando-  
lenus

\* al. Godolai-  
cus et Godo  
*g*

13 Cum ita factum esset, et idem claudus  
intempesta nocte vigilaret, paulum gravatus a  
somno, obdormivit, et mox vocem vehemen-  
tem, quam poterat, emittens, et sursum sese  
erigens, gradus, ubi fratres ad psallendum stare  
conseverant, manibus amplexatus est. Tunc  
presbyter, custos cellulæ ejus, Laudolenus \*  
nomine, evigilans, aperto ostio oratorii, ingres-  
sus, diligenter inquirebat, quidnam evenisset;  
ad quem prædictus Marcellus respondens dixit,  
quod vir Dei Pardulphus eum per humeros suos  
complexatus sit, et sursum eum elevarit. Tum  
presbyter prosternens se in oratione cum la-  
chrymis glorificabat memoriam Domini Salva-  
toris nostri Jesu Christi, qui talia per servum  
suum Pardulphum operari dignatus est, et ita  
sospes factus Marcellus in crastinum, relictis  
scabellis, propriis gressibus ad Virum Dei per-  
venit. Wodolaiicus \* faber ex Lemovica civi-  
tate *g*, arreptus a dæmonio, vinctus catenis  
collum et brachia, cum duobus ductoribus, uno  
trahendo præcedente, et altero retro trahente,  
Pardulpho est præsentatus, qui, quemcumque  
apprehendere poterat, aut manibus aut dentibus  
crudeliter sauciabat aut laniabat. Cum vero ad  
Hominem Dei fuisset adductus, multis conviciis

et increpationibus exprobrabat, dicens latronem. D  
falsatorem, impostorem. Tum Vir Dei, omnia  
patienter ferens, cibum et potum ei dare præ-  
cepit; mox oratorium ingressus pro eo Domi-  
num exoravit, et per aliquot dies secum fecit  
demorari, et ita sanum factum, unde venerat,  
remisit. Alii quidam duo, Centulus et Benedi-  
ctus, dæmonibus repleti ad eum perducti sunt,  
quos suis orationibus similiter ab obsidentibus  
dæmonibus Vir Dei liberavit.

14 Demolenus \* quidam nomine ex Wasco-  
nia *h* lumen oculorum amiserat, et vacuitate  
gutturis in tantum gravabatur, ut, nisi ad aurem  
alicujus os suum applicaret, nihil, quod loque-  
retur, intelligere quispiam posset. Protinus,  
cum ad eum perductus est, et lumen oculorum  
recepit, et lingua ejus loquendi recuperavit  
officium. Aliud non tacebo, quod per illum Do-  
minus ostendit miraculum. Paralyticus quidam  
per quinquennium jacuerat in porticu S. Martini,  
Turonensis *i* episcopi, qui nec manus ad os  
ducere poterat, nec in aliud latus declinare.  
Ad eum vox in somnis facta est dicens: Surge  
et citius propera ad virum Dei Pardulphum, et  
per eum tibi Dominus reddet sanitatem. Cum  
semel et tertio revelatum ei fuisset, uni ex mo-  
nachis monasterii istius omnia indicavit: præfa-  
tus vero monachus domno Audelando *k* abbati  
omnia retulit, quæ per visum paralyticus vide-  
rat. Venerabilis autem abbas asellum ei dare  
præcepit, duosque famulos in comitatu ire jus-  
sit, qui eum ad Virum Dei Pardulphum addu-  
cerent, et, cum ad eum pervenisset, signum  
Crucis super eum imposuit, atque intra paucos  
dies sanus est factus, et, unde venerat, remeavit.

15 Alio autem tempore cum Ismaelitarum  
gens *l* urbem Pictaviensem *m* fuisset ingressa,  
et præcelsus Major-domus Carolus, Francorum  
comes, ad debellandum eos venisset, factoque  
prælio, hostes prosternens, spolia caperet et  
captivos revocaret, quamplures ex eadem Ismae-  
litarum gente fugam arripuerunt, et, per quæ loca  
revertebantur, quemcumque hominem Chris-  
tianum invenissent, trucidabant, et, ubicumque  
monasteria aut loca sancta obviasent, igne con-  
cremabant *n*. Sicque divulgatum est, quod ad  
monasterion viri Dei Pardulphi properarent.  
Cumque hoc famulo Dei nunciatum fuisset, fra-  
tribus dixit: Filii, si venerint ad januas mona-  
sterii, cibum et potum eis præbete, quia ex itinere  
fatigati sunt. Quid putas? Qua charitate erat igni-  
tus, qui paganis obbellatoribus epulas præparare  
nitebatur? Tum fratres monasterii, qui ei undique  
assistebant vel ministrabant, plastrum præpara-  
tum et opertum velis \*, et eum ad eremi loca  
perducerent, ne a gente nefandissima pericli-  
taretur: sed Vir Dei Spiritu Sancto armatus,  
nullatenus petitioni eorum consentiens, dixit,  
numquam se ex eodem loco egressurum usque  
ad finem vitæ suæ. Tunc omnes fratres, qui  
tunc aderant, fugam arripuerunt; sed Vir Dei  
solus hic remansit intrepidus, et unus famulus  
ceteris audacior *p*, Euphrasius nomine, occul-  
tatus remansit, ut finem ejus videre posset: et  
cum jam ad portam monasterii cominus appro-  
pinquarent, prædictus Euphrasius ad Virum Dei  
cucurrit dicens: Pater, desine ab oratione, quia  
jam ad monasterii portam appropinquant. Tum  
Vir Dei, non suæ mortis discrimen metuens,  
sed cænobii sui sollicitudinem gerens, continuo  
in oratione prostratus Dominum exoravit, di-  
cens: Contere eos, Domine, et dissipa gen-  
tem

*excitate et  
gutturis labo-  
rantem, item  
paralyticum  
sanat.*

\* al. Domoli-  
nus.

*h*

\* al. raucitate

*i*

*E*

*k*

*precibus a  
monasterio  
suo ruinam  
avertit:*

*l m*

*n*

*F*

*o*

\* suppl: ad-  
duxerunt

*p*



**A** tem bella volentem, et non sinas hodie januas istius monasterii ingredi. Repente omnes in unum cuneum congregati et conglobati et nimio terrore et cœcitate concussi ad invicem linguis colloquentes diutissime steterunt, et iter, quod cœperant, perrexerunt. Sicque Famulus Dei remansit orans, intrepidus atque securus.

aqua abs illo benedicta, male negata, perditur; aliena rapiens equo

g

**46** Sobolenus quidam nomine ex territorio Arvernico q ad eum veniens ampullam aquæ ab eo plenam, signo Crucis roboratam, retulit, ut eam pro salute sua suorumque domesticorum vel ægrotantium semper haberet, quam supra lectulum suum, ubi quiescebat, appendit. Quadam vero die ægrotantes ad eum venientes rogare cœperunt, ut pro charitatis gratia ex eadem aqua ad potandum vel ad liniendum paululum pro reparatione corporis daret. Sed præfatus homo renuens petitionem eorum nihil eis donavit: altera vero die ad stratum suum veniens os ampullæ in pariete pendens reperit, ampullamque effusam in strato suo, et qui dare ægrotantibus neglexit, ad suum opus ex ipsa aqua nihil habere potuit, et continuo pavens cum magna reverentia et timore ampullam vacuum ad Virum Dei defert, veniam poscens, ut culpam, quam admiserat, relaxaret r. Arnulphus quidam juvenis, illustris viri Chunoaldi s, principis affinis, annonam cuidam viduæ tollens ante caballum suum posuit ad comedendum. At illa proclamans dicebat, quod ancilla viri Dei Pardulphi esset, et nihil alimenti anni præsentis amplius haberet. Tunc idem Arnulphus, nihil veritus, ejus annonam indiscrete abstulit, et ante equum suum posuit.

r

s

luzatos oculos suum reponit in locum, extendit precibus trahem,

**47** Cum vero foras domum esset egressus, oculi caballi ipsius egressi a capite in fronte suspensi pendebant. Sed et ipse Arnulphus invenit reversus annonam intactam ante suum equum, et oculos prominentes a capite suspensos. Tum magna reverentia et pavore eundem caballum exutum oculis ad Virum Dei pertrahens, et confitendo peccata sua, omnia Famulo Dei retulit, quæ gesta erant. Sed beatus vir Dei Pardulphus fratribus, qui cum eo erant, præcepit, ut oculos caballi, unde egressi fuerant, remitterent, et aqua benedicta linitos desuper ligaminibus astringerent. Die crastina pristinum lumen oculorum refulsit et prædicto viro, cui fuerat, sanum reddidit, et culpam, quam in eum admiserat, remisit. Lifrannus, præpositus prædicti monasterii, decrevit, ut in basilica B. Albini t confessoris, ubi postea corpus sancti viri Pardulphi jacet humatum, gradus faceret, et mensurato loco basilicæ ipsius, cum carpentariis in silvam perrexit, aptatur trabs, et plaustro imposita ad monasterium perducitur, quam iterum mensurantes pedem et dimidium mensura hominis breviorer reperere. Hinc Præpositus, iracundiæ furore succensus, eisdem carpentariis disciplinam u corporis imponi jussit: tunc unus ex ipsis, pavore perterritus, ad Virum Dei fugitans, et flexis poplitibus ad pedes ejus provolutus, gestam rem indicavit. Ille coram se Præpositum venire præcepit, dixitque illi: Fili, noli irasci, neque iram perficias, quia ira non est mater virtutum, et nihil mali geras his pauperibus; sed expecta hanc noctem: crastina autem die aut aliam in silva præcidere faciam, aut ipsam diligenter reficere. Post hæc verba, crastino diluculo trabem iterum mensurantes, pede uno et dimidio longior, quam vel oportebat, apparuit abbrevianda: quod autem inde præci-

t

u

sum est, hodieque ad testimonium rei in hac basilica videtur adpensum: unde febribus aut dentium dolore vexati frustra excidentes optimam fieri adhibent medelam doloribus.

AUCTORE ANONYMO.

**48** Aunarius gravi dentium dolore pressus ad eum venit, qui locum doloris ejus manibus contingens et salivam ex ore suo spuens præcepit, ut digitum suum intingeret, et eo doloris loca liniret: sed prædictus Aunarius, superbia tumidus, fastidioso motu de sua palma latenter salivam jacit. At, cum per portam monasterii progrediretur, caballus ejus in terram cadendo ruit, eumque præcipitavit, coxa ejus minutissime fracta, aliorum manibus ad hospitium deportatus prope annum ægrotavit, et vix ad sanitatem pervenit, contemptus sui poenam luens gravissimam. Hujus sancti Viri aliud fertur miraculum, quod per eum divina est operata Clementia, et multi supersunt, qui viderunt x. Homo quidam ex territorio Biturico y, Leodulphus nomine, ad Virum Dei deveniens poscit, ut filium e sacro baptismatis fonte susciperet, cui Famulus Dei adquevit, levatumque infantem, albis indutum, deosculatus, genitori nutriendum commendavit. Ejus autem pueri cunæ, nullo versante, agitari sponte visæ sunt, et post ejus obitum in domo suspensæ. Cum autem moderno tempore Francorum cohortes prædictam urbem depopulassent, et omnes domos igni cremassent z, domum, in qua erant cunæ suspensæ, nullatenus cremare, vel quidquam ex ea valuerunt exurere.

punitur dictis ejus non obtemperans, et cujusdam domum incendio liberat.

x

y

E

z

ANNOTATA.

a Fungi genus.

b Alias Hunaldus et Hunoldus dictus est. Fuit Eudonis, Aquitanicæ ducis, filius; extincto patre, a Carolo Martello Aquitanicæ ducatum accepit, anno 756. Vide num. 23 Comment. præv.

c Videlicet Martelli, de quo lit. proxime superiori; qui Theodorici Kalensis, anno 737 defuncti, Major-domus fuit.

d Contigis id miraculum sub annum 736. Vide num. 23 jam citatum.

e Act. 3, v. 6.

f Matth. 17, v. 19.

g Vide Annotata in cap. 4, lit. f.

F

h Gallicæ regio inter Oceanum Aquitanicum, Garumnam fluvium, et montes Pyrenæos sita, Gallicæ la Gascogne.

i Cæsarodunum Turonum civitas Gallicæ archiepiscopalis est ad Ligerim fluvium, cujus episcopus S. Martinus colitur 11 Novembris.

k Vide dicta de hoc abbate S. Martini Turonensis num. 24, 25 et 54 Comment. præv.

l Saracenos intellige.

m Civitas Gallicæ est, cognominis provincicæ caput et episcopalis sub archiepiscopatu Burdegaliensi. Cadurcensem civitatem, urbem Gallicæ, provincicæ Cadurcensis præcipuam, hic notat Vita brevior a Mabillonio laudata. Esto, Cadurcum tunc etiam Saraceni cœperint; Pictavium hic retinendum videtur, in cujus vicinia Carolus Martellus Saracenos fudit.

n Famosum hoc prælium Caroli Martelli cum Saracenis Pictavium inter et Turonensem civitatem mense Octobri, die Sabbathi, gestum est anno 752. Vide num. 27 Comment. præv.

o Saraceni, qui, devicta Hispania, Gallias ex ea deinde invasere, Mahometani erant, non pagani; paganos tamen S. Pardulphi Vitæ scriptor nominavit

AUCTORE  
ANONYMO.

nominavit vel ob impiam doctrinam, vel gentis barbariem, vel denique quia non pauci pagani, qui antiquis suis ritibus adhuc adhaerebant, illis admixti erant.

p Apud Mabillonium minus apte legitur: deterior.

q Galliae provincia (l'Auvergne) inter Lemoices, Boios, Ruthenos et Gabalos.

r Quid ni haec fieri poterint citra miraculum?

s Vide lit. b hic.

t An Andegavensis episcopi? Vide num. 56 Comment. praevii.

u En disciplinae vocabulum pro corporis flagellatione usurpatum: quod tamen aliter exprimitur in codice Compendiensi: « Caepit (Lifra) minus carpentario vehementer minari: tunc » unus etc. » Mabillonius. Codici Compendiensi consonat apographum nostrum Suesionense. Ceterum eodem sensu vox ista accipitur in Legibus Longobardorum apud Baluzium in Capitularibus Regum Francorum tom. 1, col. 549 et alibi, ut apud Cangium videre est.

x Hinc habes Vitae auctorem S. Pardulpho supparem fuisse; quippe, cujus aetate, multi adhuc B superstitēs erant, qui eunas, de quibus anonymus paulo infra, infantis, a S. Pardulpho e sacro fonte suscepti, sponte moveri viderant.

y Biturix (Bourges) Galliae Aquitanicae civitas archiepiscopalis est. Alias legitur: Turonico, ut inquit Mabillonius.

z Contigit ea res probabilis anno 742. Vide num. 29 et binos seqq.

## CAPUT III.

## S. Pardulphi obitus.

Post septem  
dierum mor-  
bum

De miraculis beati Viri scribendo pauca perstrinximus: nunc de ejus transitu, prout Dominus per intercessionem ejus dederit, dignum est, ut aliquid dicamus. Beatus igitur Pardulphus, cum jam fere aetatis suae octoginta ageret annos, ea tempestate, qua praecelsus atque C illuster Major-domus Carolus regeret Franciam, a illuster quoque vir Chunoaldus a regeret Aquitaniam per permissum Caroli, Vir Dei canitiei splendore candidus, vultu angelico decorus, a bono opere nullo onere fatigatus, nulla gravitudine piger, nulla aetate ferus, nulla coecitate offensus, Dominum incessabiliter deprecabatur, ut vitae hujus cursum misericorditer finire, animamque suam cum praedestinatīs ad gloriam dignaretur collocare: mox dolore membrorum contactus ad lectum rediit, septemque dierum spatio carnis afflictionem ferens: adveniente autem die Dominica b, defectum corporis vicinamque mortem assignans, paululum obdormivit. Cumque a somno evigilasset, ait ad fratres, qui ei undique administrantes adsistebant: Cujus tubam vociferantem ad portam monasterii hac hora audivi? At illi cogitantes, quod sensu cogitandi caruisset, respondentes dixerunt: Oh sancte Pater! quid loqueris talia? Numquam te verba insana aut frustra loquentem audivimus: at ille respondens ait: Non insano: sed illam tubam, quam praecelarus vir Eudo ad significandum praelium tubare consuevit, vociferantem audivi. Quod illi audientes

patenter intellexerunt, quod sane chorus angelorum ejus animam esset suscepturus, atque ad aethera caelorum portaturus, dicente B. Paulo: Quoniam Dominus in jussu et in voce archangeli et in tuba Dei descendet de caelo.

20 Presbyter vero quidam, Scopilius \* nomine, dum haec agerentur, in altera domo caligas ejus, quas idem beatus Vir operatus fuerat, suis pedibus lachrymabiliter dolendo et durissimis seipsum affligendo lamentis, nitebatur imponere. Tum Vir Dei voce, qua poterat, ait: Filii, quis est, qui caligas meas contingit, vel pedibus suis imponit? Fratres vero requirentes eas, in altera domo invenerunt praefatum presbyterum desuper lamentantem et turbam monasterii cum eo. Vespertinis autem horis jam transactis, multi circa lectum ejus flentes circumstantes dicentes: Eheu, grex derelictus! Quis nos a vipereis morsibus abstrahere poterit? Aut quis de saevientibus luporum dentibus liberare? Cur nos, Pater bone, derelinquis? Vel ubi jam ultra quaeremus tam angelicam doctrinam, aut quale pro te responsum dabimus, et quem respiciemus in loco basilicae, ubi stare consueveras? At ille vix, et ut poterat loqui, divinis exhortatus et consolans eos sermonibus, ait: Viriliter agite et confortetur cor vestrum et expectate Dominum. Ad eum accedite et illuminamini et facies vestrae non confundentur. Nihil vobis deerit, si timueritis Dominum, et non privabit bonis ambulantes in innocentia, ut merito aliquando audiat desiderabilem illam vocem Domini: « Venite, benedicti Patris mei, » percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi etc. »

21 Et cum haec loqueretur, flentibus populis, angelis gaudentibus, sancta illa anima carne soluta est. Eadem vero hora Theodenus, ejus discipulus, voces psallentium in caelo audivit, et concitus ad Virum Dei veniens, jam mortuum eum invenit, quem vivum paulo ante reliquerat. Tunc cum ingenti dolore erumpens in lachrymas aiebat: Vae nobis miseris et omni paene consolatione destitutis! Heu Pater! Quis non absentiam tuam dolere possit, cum tuarum virtutum bona in memoriam reduxerit? Oh nobilis Christi Confessor! quam suavis et dulcis, justus et pius, omni bono opere perfectus atque praecelarus, et qui semper sine defectu aut crimine ad caelestia anhelare consueveras, nunc immaculato spiritu angelorum caetibus admixtus, jam cum Christo regnas sine fine victurus. Postquam vero corpus ejus multitudo fidelium summa cum diligentia, ut mos est, ad sepeliendum eum tradidit, quidam vir; Berthicus \* nomine, pessima rabie vexatus, ad ejus tumulum reverenter accessit. Tunc haec contuentes fideles, qui aderant, viri atque devoti, et miseriam illius compatientes insanie, vehementer ingemuerunt dolentes; cumque omnes pro eo ad Dominum effusas preces fecissent, mox sanus effectus, divina largiente clementia, cunctis gaudentibus, propriam ad domum remeavit: auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum aeterno Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus per infinita secula saeculorum. Amen.

ANNOTATA.

inter suorum  
lacrymas  
\* al. Scubilius

E

c  
moritur, et  
accinentibus  
angelis, ce-  
lum petit.

F

\* al. Berthe-  
ricus

A ANNOTATA.

a Mortuus est Carolus anno 741. Chunoaldus Aquitanie ducatum acceperat anno 736: igitur intra binos illos annos obiit S. Pardulphus.

b Adde ex communi sententia diem obitus fuisse sextum Octobris; obiit S. Pardulphus anno 737, non 743, ut Coitius contendit. Vide num 32 et seqq. Comment. prævii.

c Matth. 25, v. 34.

AUCTORE ANONYMO.

## DE S. EPIPHANIA VIRGINE

## SANCTIMONIALI

## TICINI IN INSUBRIA.

## SYLLOGE.

J. B.

## Sanctæ Virginis apud martyrologos memoria, elogium et hujus discussio.

B

FORTE SUB ANN. DCCXCV. S. Epiphania, in Ticinensi monasterio S. Mariæ Venationum

**S**anctam Epiphaniam, virginem Deo sacram, vitæ sanctimonia et religiosa humilitate, quam regis, ut volunt, natalibus illustriorem hoc die, ex Ferrarii Catalogo utroque Sanctorum, ex Jacobi Guallæ lib. v, cap. 23 Sanctuarii seu Historiæ Ticinensis, ex Stephani Breventani Historiæ de Rebus Ticinensibus lib. III, cap. 23, ex Buccelini Menologio Benedictino pag. 692, denique ex Romualdi a S. Mariæ Papiæ Sacra parte II, pag. 150 fide, quorum consensione unanimi hoc die Ticini Virgo sancta colitur, inserimus Operi nostro. Velus Ticini Benedictinarum virginum monasterium est, S. Mariæ Venationum appellatum, jam inde a regum Langobardorum, qui sedem regiam Ticini aliquando constituerunt, tempore exstructum, in loco, tum temporis suburbano et regis Venationibus, unde nomen traxit, celebri. Id S. Epiphania fertur olim incoluisse, ac virtutibus prodigiisque illustrasse, et corporis sui exuvias ad nostram usque memoriam honorasse ditasseque. Fertur idem monasterium sub annum 750 condidisse Rachis, seu Rachisius, Langobardorum rex et sanctæ Virginis pater, priusquam, regia dignitate contempta abjectaque, Casini monachum induit: verum de his pluribus infra. Interim vero, si quis plura hoc de monasterio scire desideret, Romualdum supra laudatum, part. I, pag. 31 et 2 seqq. consulat, ubi de illo plura reperiet.

sanctimoniam olim virginem, paucis hodie memorant martyrologi recentiores;

2 Porro S. Epiphania, ut hoc in monasterio cultum annuum ex auctoribus supra laudatis habet; ita ejusdem cultus alio propagatus non videtur; cum ne Ticinensis quidem ecclesiæ Tabulis illius nomen adscriptum esse, Ferrarius dicat in Catalogo Sanctorum Italiæ ad diem 6 Octobris in Annotatis. Nemo itaque mirabitur, paucis dumtaxat, iisque recentioribus martyrologis S. Epiphaniam memorari. Paucis illius meminit Menardus: Papiæ, inquit, in monasterio S. Mariæ, quod apud Cæcias dicitur, festivitas S. Epiphaniæ virginis, filii S. Rachisii, Langobardorum regis. Paulo fusius de illa agunt Ferrarius et Buccelinus: sed horum verba prætereo, quod nihil contineant, quod in proluxiori Sanctæ elogio, quod illi ad diem 6 Octobris in Hagiologio suo

Romualdus texuit, non reperiat. Hausit id Romualdus tum ex auctoribus variis, tum ex veteri Ms. monasterii S. Mariæ Venationum de Vita S. Epiphaniæ, tum ex Miraculorum ejus Processu. Dolemus, nec Vitam illam S. Epiphaniæ, nec Processum miraculorum ejus ad manus nostras pervenisse; nec quidquam de utroque ætate Romualdum determinati certique scripsisse: Vitam, tamen, si eadem habet, quæ ex Romualdo infra attingemus, non admodum antiquam esse, ex infra dicendis apparebit. Romualdi de S. Epiphania elogium, quod unum instar omnium, quæ vidi, huc transcribitur, et Actorum speciem quamdam præ se fert, sic habet.

3 Epiphania, quæ \* et Retrudis virgo Ticinensis, patre Flavio Rachisio, Langobardorum rege, et Thesia matre genita, optimam sortita indolem, vel in ipsis tenerioribus annis, non obscuro futuræ sanctitatis jubare fulsit. Vix decennis, sæculi exosa illecebras, in arcano cordis virginitatem suam uni Christo dicandam proposuit, quem, tamquam verum animi sponsum, sincero prosequatur amore. Itaque, cum Rachisius, Zacharia Pontifice hortante, regno, quod sex et ultra annis obtinuerat, renuntiasset, summo sese Numini dicaturus, idem, quod ille principibus, in monachum attonsus, et uxor Thesia regalibus matronis, Epiphania item cum alia sorore Petruide virginibus religiosæ amplectendæ perfectionis illustre præbuit exemplum.

sed proluxius illi, \* quæ

4 Antequam autem sacro clauderetur ascetorio, ut ei mundi nequitia clarius appareret, violatæ honestatis falso apud patrem a regalis aulæ adolescentula invidia accusata, irascentis furorem non sine miraculo declinavit Epiphania. Siquidem, re divinitus in somnis cognita, cum ante Crucifixi effigiem eidem causam suam commendaret, et Rachisius, clam, quid in Filia conclavi, cum altero colloquens, ageretur, audiret, agnita illius innocentia, ex accusatricis ore, inibi ab ipsa calumniæ veniam exorantis, ream obruncaturus feminam irruens, feralem ictum reparante Epiphania, et miraculose ex Crucifixi ore schedula decedente, sic inscripta: « Dimitte, et dimittetur tibi » necum incolumem, sed et a crimine absolutam dimisit.

et ex variis scriptoribus petitum

3 Fratre